



A-5

242 c

6. Janvier 34

Réouverture de la Faculté de théologie de Trèves

Après cent cinquante ans d'interruption, la ville de Trèves a de nouveau une Faculté de théologie catholique. Fondée en 1473, l'Université de Trèves disparut en 1798. L'ouverture solennelle de la Faculté a eu lieu en la fête de saint Jérôme, docteur de l'Eglise et patron de la Faculté. C'est, en effet, à Trèves que ce Saint commença ses études sacrées en l'an 370.

Après une messe pontificale célébrée par S. Exc. Mgr Muench, régent de la nonciature apostolique en Allemagne, au cours de laquelle fut lue la bulle de création, une cérémonie au Grand Séminaire réunit les dignitaires ecclésiastiques et civils, dont plusieurs venus du Luxembourg et de la Sarre.

Un deuxième décret nomme S. Exc. Mgr Bornewasser, archevêque de Trèves, grand chancelier de la nouvelle Faculté.



A-5
—
242 c

CHARTREUSE de TRÈVES

✻ Saint-Alban ✻

(PROVINCE DU RHIN)

Histoire : Copie du 242 b

Manuscrit du Ven. Père Dom Palémon BASTIN

Historia



antiqua et nova

Cartusia

S. Albani Martyris

prope et supra Treviros

conscripta anno 1765.

A 5. 242 c. 1. - 1
L'original conservé
à la Bibliothèque de la
ville de Trèves
est un in-4° cote 1665

cf. Dom Mevaut Ilge
Dict. de spirit. article
Adolphe d'Essen col. 210.

f. y. g.

Presentem librum copiam esse plane fidem
et sine dubio in ipsa sancti Albani domo nona confectam
nec vero ab auctore manu propria exaratum operis a fratre
Modesto Leydecker Ordinis Cartusianorum conscripti anno
1765. Quod opus asservatur in bibliotheca publica civitatis
Treverensis - testatur Augustus Treverorum A. D. MDCCLXXXVI
a. d. V nonas Octobris

Maximilianus Keuffer
bibliotheca hujus conservator.

Cette copie attestée conforme à l'original, appartient à la grande chartreuse. -
C'est un manuscrit qui mesure 180 millimètres sur 215, relié en basane, tranché rouge,
ses cordons d'un bleu sale servent de fermoirs. Sa belle écriture peu serrée. - 327 pages
sont écrites, il reste une quarantaine de feuillets blancs. La présente copie a été faite sur
le dit manuscrit.

fr. Val. B. Valente 17 février 1893



Venerande ac Amplissime Domine!

Inter ea, quae vel natura mater protulit, vel ars filia prociudit in generis humani solatium, portenta mire semper animis sciendi cupidis placere libri: Horum adminiculo ingentia lapsorum seculorum spatia uno die percurrere licet, inambulare paradiso absque Cherubimorum obstaculo, immergi diluvis absque naufragii metu, videre Moysis prodigia absque plagarum conflictu, lustrare bella Troiae sine stragis periculo, in aliis alia, stylo quam vario quam erudito congesta ~~id est~~ ^{adhibere} ~~librorum~~ ^{resum} ~~ae~~ permittitur. Ast quorundam ista, Venerande ac amplissime Domine! collinat librorum commendatio? Num forte abortivum hunc tenuitatis mee partum inter eruditum lucubrationes numerandum cupio? Absit animus a tanto fastu. Quin potius ut exiguum hoc, non sublimis ~~literaturae~~ ^{opis}, sed submississimum ~~id est~~ voluntatis et affectionis tessera gratiosis manibus suscipias, propitiis oculis intuearis ac benigno calculo emendes, rogo. Non tadebit certe tot praedecessorum a quorum humeris Cartusiae nostrae regimen in Venerandam cervicem tuam devolutum est, generosus actus intueri: Facunda enim mater humana mens est, quae etiam ex floribus intuitu concipit affectu maritante. Nec dubito tuum, maximis parem spiritum ex hac tot tantorumque Patrum, quamvis rudi pictura impraeognandum, ut ~~infractae~~ ^{constantem} ~~acensae~~ ^{derotionis}, tenerime dilectionis, praeteris sollicitudinis ac religiose mansuetudinis, heroicis actus, ad praedecessorum exemplum, futurorum aedificationem, presentiumque utilitatem indesinenter pariat atque progeneret. Quorum non minimam partem in me redundare arbitror, si Veneranda ac Amplissima Dominatio tua propenso animo suscipere dignetur hasce pagellas et me quidem Filiorum servorum indignissimus

Præmonitio

Per septennium fere incolatus meus prolongatus fuerat in hac nostra Treverensi Cartusia, et necdum quidquam, aut saltem modicum idque obscurum de rebus ante nos gestis ad cognitionem meam pervenerat. Nec mirum. Quidquid enim de Patrum nostrorum nominibus gestivè restat, in diversis non dicam voluminibus, sed et pagellis disseminatim dispersumque habebatur. Considerans inde operæ pretium fore, si dispersa colligerem, contradictionesque scriptorum, quarum non paucas inveni, consiliare studerem, ut paucis paginis tota nostræ Cartusie historia coarctata commodius planiusque pateret. Labor quidem animum quasi in tenebras abreptum non modicum tenuit, ast nascendi cupiditas, luminisque in rebus tam caliginosis desiderium stimulos duplicavit. Quare conquisitis undecumque discussisque documentis tam domesticis quam externis rem Lydio admovi, inque hanc compagem pro medula collegi. Ne quis vero ex proprio meo cerebello quidquam finxisse autumat, Creverem, tam domesticorum, quam externorum documentorum indicem præponere placuit.

Domestica

Necrologium nostræ Cartusie

Chartæ Capitulorum generalium

Status domus et computus sub regimine V. P. Winandi per 22 annos et 4 menses

Annotationes copiosæ V. P. Christophori Cobrensis.

Liber benefactorum.

V. P. Dominici de Brussia manuscripta opera

Plura archivii nostri diplomata, aliaque plura.

Externa

Annales Cartusie Coloniensis aliæque ejusdem domus annotationes
Cathalogus Priorum Rutticensium.

Dorlandus

Petrus

Aubertus Miræus

Trithemius de viris illustribus

Brosverus.

Honthemius.

Serarius.

Massenius etc.

Hi sunt plerique fontes laboriosè in unum alveum deducti, ex
quibus presentis historie materiam haurire licuit, quam Vbi Superi-
oris mei honori et obsequio consecratam cupio.

Valete.

et diœcesi oculos ad societatem pascere licet, si Dagobetti, Constantini magni aliorumque illustres foundationes et verè regias donationes penitus inspicere libet. Sed et hos omnium Chronicorum voluminibus plurimum laudatos divinæ clementiæ remunerandos relinquo, et ad unicum me convertò nostræ S^ti Albani Cartusie piissimum fundatorem: a cujus Electorali munificentia ejusdem Cartusie qualemcumque historiã pertexere exordior.

Fuit is Illustrissimus, Reverendissimus ac Gratióssimus Dominus noster Archiepiscopus et Princeps Elector Dominus Baldewinus ex avita Comitum Luxemburgensium prosapia descendens, Henrici septimi Imperatoris Germanus.

Qui quantarum virtutum vir fuerit, quanta eruditione, fatitudine et pietate perclaruerit: sapientissimæ ab eo conditæ leges, debellatæ per duellum castra et arcus, extracta Ecclesiæ et monasteria, aliæque fortiter et religiosè patriata nostris hæc temporibus aperte testantur atque depreciant.

Sed et alterum huic jungo Baldewini nostri in sede Moguntina Prædecessorem Dominum Petrum ab Stapalt vel Espelt qui ^{Trensis} Senatoris filius, optimis ac laudabili juvenute moribus et litteris imbutus, doctoralem medicinæ lauream adeptus, Summum Pontificem Clementem 5^{um} in Gallia decumbentem, jurante Deo et arte, ab ægritudine sua curavit, ab eoque pro munere archiepiscopatum Moguntinum, quem pro Baldewino petierat, ipsemet retulit et usque ad annum 1320 dignissime administravit.

Hic laudatissimus Princeps tempore sui regiminis ex sat pingui archiepiscopatu Moguntino plures gazas collegit, quas ad majorem Dei et sanctorum gloriã ejus profunderè proposuit et profudit. Nam in monte S. Michaelis hæud procul ab urbe Moguntina ad ripam Rheni sub nomine ejusdem angelorum Principis, Cartusiam non modicis sumptibus extruxit, cætumque nostrorum convocavit, qui die noctique Summi Dei laudes concineret. Nec his contentus, quod ^{erat} supererat thesauri, Baldewino nostro erogandum reliquit. Baldewinus verò illorum fratrum, sanctâ conversatione captus, delegatum a prædecessore peculium consultius erogari non posse existimans, quam si in sua Trevirensi

Diacesi similem conventum disponderet, qui dignas rerum factori laudes jubilaret, et agnatam Ordini nostro strictissimam religionem exercendo virtutum fragrantiam spargeret, omnigenamque pietatem et vitam et exemplo doceret. Nec multum temporis interfluxit, et locum suorum intentioni aptum exquirens, incidit in sacellum S^{ti} Albani Martyris in agro San-Mathiano consistens, illudque cum fundo circumjacente ab abbate S^{ti} Matthiae Reverendissimo Dno Everhardo Warnesbergio ejusque conventu seu emptionis, seu donationis jure comparavit, dictumque S^{ti} Albani oratorium haud diu post annum 1320 dilatare cepit. Sed, quae rerum sors est, ob varias turbas, bella et inquietudines diutius non nihil parturiebat donec anno 1330 fortiore nisu partum urgeret, fideliter interim obstetricante Venerabili Patre Joanne, nescio an patria an nomine Polono, cujus consiliis et directione Baldewinus noster operoso molimine praefatum Beati Martyris sacellum terramque circumjacentem muro cinxit, cellas edificavit ac de omnibus necessariis structuris sollicitè providit.

Demum cum anno 1335 totum opus, ecclesiam si excipias, suo colophone superbiret, Vbli Patre Joanne de Sphernaco, quem ad id munus Moguntiae e domo sua professionis asciverat, ejusque successoribus die 29^{na} Augusti novum monasterium cum nova plantatione sub nomine S^{ti} Albani Mart. regendam tradidit et possidendam.

Ne vero novae hujus plantationis surculi, ob rerum necessariorum penuriam inter mundana negotia silvescerent, Dom. laudatissimus Dns fundator de consensu sui Capituli pro comparando victu adjunxit curtem suam in Isselsbach cum turri, domo, vineis, agris, pratis, campis cultis et incultis, aquis, aquarumque cursibus et decursibus, aliisque census, domos et similia liberaliter donavit, quin et alios pie indolis nobiles et cives ad nostris benefaciendum verbo et exemplo induxit.

Haec quoque omnia nobis praestita prolixo diplomate roboravit, cui praeter gratissimum Dnm fundatorem sua sigilla appenderunt Reverendissimus Dns Fridericus Heinsebergius qua facta ab antecessore Everhardo Warnesbergio seu emptionis seu donationis ratificator, Prior totusque Conventus S^{ti} Matthiae, Dni itidem Praepositi, Decanus, reliquumque capitulum metropolitanum. officialis denique curiae ex scabini

Trevirienses; qui omnes ad factæ foundationis consensum et testificationem invitatè benignissimos sese prestitaverunt. Hæc quoque omnia summus Pontifex Clemens VI^{us} sua auctoritate corroboravit.

Inter hæc nova plantatio sub cultura Vitis P. Joannis de Epternaco Jureculis Deo dignis curata et Benefactorum piis donis rigata anno 1337 per Capitulum Ordinis nostri generale dicto Ordini incorporata festum S^{ti} Albani patroni pro more Ordinis solemniter celebrandi licentiam obtinuit.

At unum adhuc deerat: scilicet Ecclesia. Solebant quippe protopatres nostri in sacello S^{ti} Albani divina peragere. Sed viscerosissimus D. Fundator nihil non egit, ut suo aliorumque benefactorum curæ illam attoleret. Anno 1338 in vigilia domini cam latere prænuntiante primum ejus lapidem posuit, ac post biennium consumatam anno 1340 in Beati Thomæ solennis virtute archiepiscopali consecravit et ornamentis sanctorumque reliquiis dotatam laudi divine nostrorumque usui deputavit.

Mirum videres tum, quam inclita hæc S^{ti} Albani cartusia flourit. Erat enim quoad situm amena sub mœniis augustæ civitatis, hortis, substructionibus aqueductuum, collibus vitiferis arvisque virentibus circumornata, verbo, tam situ gratioso, quam ædificiis rite dispositis omnium oculis inundabat et animos. Sed missis his omnibus, quæ postea, pro dolor! Martis gallici anathema fieri, virtutum magis flores fructuose in novo asceterio pullulantes inspicere libet, qui tantæ excellentiæ fuerunt, ut ipsum D. fundatorem vehementissimè attraxerint.

Utinam saepius D. Baldevinus, gravioribus rei publicæ curis in præposito Argentoratensis Lichtenbergii humeros commandatis, ad nostros, inter quos sibi cellam prope coquinam sibi reservaverat, sepiissime divertit, eisque quasi domesticus factus omnia Ordinis exercitia mira abacitate et industria peregit. Divinas tam diurnas quam nocturnas laudes strenuè cantando et missas conventuales celebrando cum hæud exigua nostrorum ædificatione persolvere consuevit, sed et in cella solitariis spiritum ad altiora urgens, et compunctioni vacans devotissime egit. Veste et animo humilis, vultu hilarem modestiam præferens, de nocte statuto tempore pervigil, excitatoris pulsum præveniens, fratrum sibi ministrare volentium officia subterfugiens

pane, sale et aqua seepissime contentus, omnem omnino Ordinis rigorem sibi met im-
posuit. Ut multa paucis, plantis suis novellis ipse omnium plantator virtutum Deo
ac religioso dignarum ita praeluxit, ut non minus religiosorum in eodem cenobio, quam
virtutum insertor laudari meruerit.

Hoc modo nostros inter senescens archiepiscopatus tamen et patrie curas ^{non} omnino
abiecit, sed ⁱⁿ solitudine non raro ^{evocatus} vocatus, ea que muneris sui erant, sedulo administra-
vit, atque ordinando, confirmando, gregique suo solerter invigilando; quin et in tempo-
ralibus publice rei utilitatem et pacem (quamvis multis sibi obsistentibus) prestiteren-
do se patrie verum patrem exhibuit ac moderatorem.

Tandem cum coactis Moguntie comitis cum Carolo IV^o aliisque imperii proceri-
bus comitis adfuisset, variaque privilegia pro Ecclesia et principatu suo ab eodem Carolo
data confirmataque impetrasset, nullum tamen illorum tantum principem contra
mortis importunitatem tueri poterat, sed vix 18^a Januarii Trevirim reversus a morbo
lethi prodromo in lectulum dejectus, salubriter interim constitutus, sacramentis et indul-
gentiis premunitus anno 1353 etatis sue secundum saniozem chronocalculum
66^m 21^a Januarii perruptis corpuseuli nexibus ad eternitatem (ut piissime credimus)
felicis libertatem ^{avolavit} advolavit. In voto autem suo in Ecclesia S^{ti} Albani fuisset tumu-
landus, nisi Domini Canonici metropolitani piissimi presulis corpus potiori sibi
jure vendicassent; illudque ex palatio suo, ubi obierat, ad Ecclesiam majorem depor-
tantes in choro posteriori ante altare S^{ti} Nicolai collocassent cum sequenti epitaphio.

Hic Baldewinus jacet Antistes Treverinens magnificus, justus patrie lux, men-
te venustus, Luxemburg natus, septenis denique ^{ces} ^{ans} gratus Cesaris Henrici germanus
juris amici, utilis Ecclesie pater, hujus dote Sophia quam bene respexit augens,
per multaque rexit. Sex quadraginta fere simul annis, queis sibi fere guerra
frequens crevit graviter, qua raro quieverit vincere predones et castra per obsidio-
nes. Anno milleno C^{ter}, L. J. ter, duodeno carne calendarum fuit exiit
Februarum. Quem pie Rex Christe clementer ad aethera liste
Amen.

-9-

Quanta vero amaritudine tam viscerosi Patris discessus nostrorum animos inun-
davit, quis indicare poterit, nisi orphanorum dolorem ex Patris amantissimi amore
metiri volueris? Quid ad liquefaciendas innocentium exemicularum animas potentius
quam illius memoria, qui ordini plurimum additus nostram S^{te} Albani castitiam
fundavit, Confluentinam S^{te} Beati donavit et Pragensis plantationem serenissimo
nepoti suo Joanni Bohemiae regi, persuasit? Qui pro possibili beneficis alios quoque
ad beneficentiam impulit qui pauperculos asectos in sua eremo cohabitatione, exemplis
et protectione consovit: imo ut majora dicam, qui tanto amore eos sibi astrinxit, ut
non prius Cartusianorum nomen, ad circumstantium stuporem, inelamare destiterit,
quam mors crudelissima cum faucibus lingua adhuc balbutientis officia spirituumque
interclusisset. Dicere igitur non vereor quod Patres nostri pietissimo Principi largis-
sima lacrymarum profluvie parentarint, ejusque beneficia non mausoleis marmoreis,
sed tabulis cordis carnalibus perennatura insculpserint. Nos etiam seris hisce temporibus
trepidissimum ingratitude cauterium effugere requiremus si tanta tantum Patris
patrocinia et munera inter antiquitatis pulverulentas sordes nostrâ incuria oblitere-
rentur. Quod ne fieret perpetuum ejusdem anniversarium in calendariis domus nostrae
sub die 22^{ae} Januarii descriptum singulis annis circa idem tempus peragimus, aliisque
laudatissimi principis memoriam regenerantia cum filiali reverentia asservamus,
et omnes quoscumque in maximi hujus Travericæ terra archiepiscopi memoriale invi-
tatos cupimus, ut nobiscum notum illud Ecclesiae requiescat in pace: ingeminare velint.

Amen.

Series II^a Priorum et aliarum personarum rerumque gestarum Cartusie Sancti Albani Martyris.

Cum reverendissima memoria Dominus Baldewinus Princeps
Lector et Pater noster gratiosissimus suam (ut in serie prima patuit) de fundan-
do Ordine Cartusiensi ac cetero prope muros residentie suae, devotam intentionem
omni conatu ad finem perducere gestisset, ut id, melius et accuratius ad statum
et formam dicti Ordinis fieret, de viris ejusdem Ordinis gnaris et industriis providen-
dum duxit, quorum consilio et nutu operosum ceteroquin molimen benefaustum
sortiretur effectum. Hanc ob causam anno ab ortu solis Christiani 1330 a
Reverendo Patre Generali petiit et obtinuit Vblem Patrem Joannem de Epternaco
professum et procuratorem Cartusie Moguntinae, qui cum Vbli Patre Joanne
Polono primo initiatore seu rectore haud seque manus adhibuit: a quorum labo-
rioso regimine hujus seriei 2^a caput adornare incipimus.

Primus igitur nomine rectoris auspiciandae Cartusie Trevirensi astitit.

V. P. Joannes Polonus. De quo cujus fratris aut cujus domus
professus fuerit nulli constat. ^{nec} in chartis Capituli generalis, nec in Calendario
nostro, nec in aliis pluribus visis atque revisis Patrum nostrorum scriptis quid-
quam reperire est. Quidquid sit, eum eximie prudentiae, industriae ac religionis
virum fuisse nemo inficiabitur, cujus directioni tot monasteriorum auspiciandorum
negotium demandatum fuit. Item Cartusie Moguntinae, Trevirensi Confluen-
tinae, Coloniensi et Herbipolensi, verbo, omnibus in his terris ea tempestate nascenti-
bus Cartusiis sedulus astitit. Quid ergo plura ad ^{tanti} ~~tali~~ viri dignitatem commendandam
requirimus? ut itaque pluribus paream, tam impigram, ut sacer Ordo cartusiensis
in frigidis etiam hisce terris effloresceret, impendit operam, ut se totum quoque impen-
derit usque ad solertis vite coronam, quam obtinuit in rectoratu Cartusie Herbi-
polensis die 27^a Febru: anno 1350. Carta Capituli generalis ejusdem anni

eidem hinc parentavit, scilicet: Obiit D. Joannes rector norce domus in Herbipoli 3^o Calend. Martii qui habet tricenarium et anniversarium per totum Ordinem, et in domibus quibus profuit plenum monachatum. Ex modo laudate rectoris manibus regimen cepessit.

V. P. Joannes ab Ipternaco.

Professus et procurator Cartusie Moquentinae qui praecipua industria et sanctitatis persona in pluribus protopatum nostrorum monumentis deprecatur. Primus huius nomine et dignitate prioris novam S^{ti} Albani plantationem saeculis Deo dignis augere cepit, et ad vota Solemnia primos anno 1334 admisit dominos Theodoricum de Wintrich et Jacobum a Sirck. Primus quidem Theodoricus sacerdotio ante ingressum Ordinis inauguratus, ante professionem bonae suae in Wintrich Cartusiae nostrae domo perpetuo transcripsit. Alter vero Jacobus a Sirck relicta cui profuerat, parochia in Kalbach ad noxam breximum confugit et tanto propriae animae curam egit solertius quanto pastoralem reliquit consultius, donec undecimo exacto anno 1347 corpus laboribus fessum in solitudine abiecit.

Venerabilis interim P. Joannes Prior anno 1335 parochiam S^{ti} Arnulphi in Nickenich per Eminentissimum D. Fundatorem Cartusiae nostrae noviter incorporatam, cum omnibus juribus et proventibus, reservata tamen vicario, iuxta competentiam ad subsidium norce domus acceptavit. Post haec piissimus Dns Fundator pluribus, ut suam in nostros beneficentiam profunderent auctor fuit. Unde serenissimus D. Joannes rex Bohemiae Lulesiam parochialem in Egle cum omni proventu donavit, nobisque per Reverendissimum D. Baldwinum incorporari permisit. Hanc D. Joannes Prior anno 1339 per resignationem R. D. Nicolai de Rodemacra Decani S^{ti} Simeonis et Pastoris in Igell acceptavit. Similiter eodem anno per donationem D. D. Philippi et Joannis militum de Weisskirchen, et incorporationem D. Archiepiscopi Lulesiam parochialem S^{ti} Stephani in Wintrich adiit.

Crescente sub his S^{ti} Albani cartusiae, etiam de spirituali profectu nihil omissum fuit. Fuit quippe Eminentissimus Plantator ut nostri cum mortualibus

Wallis S^{te} Marie prope Luxemburgum Ordinis Prædicatorum Societatem concluderent, ut cuius denunciatio nobis earum obitu sacerdotes duas missas, non celebrantes duo psalteria, laici vero certum numerum orationum dominicarum pro earum defunctis; ipsæ e converso pro nostris defunctis duo psalteria dicerent, vigiliis exequiasque celebrarent. Hæc dudum varias ob causas revocata sunt, ut cum sexu mutabili vix quidquam persistere consuevit.

Tandem Abbas P. Johannes de Internaco post indefessam sedulitatem plurimosque labores circa annum 1343 aut Capitulo generali, aut morte ipsâ a Prioratu absolvente, quod divinare, non affirmare valeo, regimen tenere desiit. Obitus ejus omnino incertus est, cum Kalendaria et neologia nostra nil commemorent præter hæc verba: Obiit devotæ memoriæ D. Johannes primus Prior hujus domus.

II.^{us} V. P. Rudolphus

S^{te} Albani clavum sumpsit. De hoc vix quidquam reperies quam quod in quibusdam scriptuunculis pius Pater vocitetur, et donationem quandam in Nickenich acceptarit. Cartha Cap. generalis anno 1348 ejusdem excusationem de non veniendo ad capitulum admittit, petitamque absolutionem ab officio Prioratus concedit.

III.^{us} V. P. Henricus

Primus, hujus nostre Cartusie professor, per vota conventualia ad Prioratum erectus. Hic pius Pater, tempore sui regiminis rem domesticam partim emptis, partim legatis quibusdam sedulo auxit. Nec minus spiritualia thesaurizare studuit inter quæ confraternitas eminet, quam anno 1350 cum Confluentina, Gelliensi et Coloniensi cartusiis iunxit, ut cuius quicumque monachus, clericus et conversus dictarum domorum, quando eumque obierit, in confederatis hisce Cartusiis, sicut in propria domo plenum cum psalteriis monachatum obtinet.

Denique post non multos presidentie annos, quos pro certo definire nequeo, fasces cum vitâ abiecit.

IV.^{us} V. P. Gerardus de Noriomago Gellricæ seu Niemegeen
Professus Colonia, quondam Sanctorum Apostolorum ibidem Canonicus
a Christophoro Cobrensi sicce laudatus: Verè pius et dulcis Pater, multam
venerandus senex, omnibus gratus et amabilis. Tandem ob senium a Prio-
ratu solutus inter^{tra} annum 1355 Officio Vicarii denuo admotus anno 1361
29^a Novembris fato cessit.

V.^{us} Commissus est grex S^ti Albani Ab. V. P. D. Henrico II de Wetzlaria
Victo, ejusdem domus professo; quem piis patrem, devota oviscula sequentes,
eximium hausere virtutis alimentum. Erat enim teste dominico nostro, in virgi-
-nitatem Deo serviens, vir simplex et rectus, qui ultra sexaginta annos rigorem Ordinis
portavit, et usque ad diem obitus sui debitam officiorum sibi contingentium in
Ordine ipsemet persolvit. Præfuit usque ad annum 1364 quo ad suam instantiam
absolutus supervixit usque ad 8^m Julii anni 1413. Sub hujus Obis Patris
laudato regimine Carolus IV^{us} Romanorum Imperator electus omnia privilegia
nostre carthusie stabilivit, et omnia bona nostra etiam post acquirenda libera
pronuntiavit, nosque in Casaream protectionem suscipiens Bamundo Electori
congruam bonorum nostrorum tutelam demandavit. Sed o tempora! o mores! quos
quantosque priora secula venerabantur benefactores, tot, tantosque moderna tempo-
ra direptores patiuntur.

Floruit præterea hoc tempore V. P. Michael de Mesenberg quondam Ecclē-
-sie metropolitana Trerivensis, Vicarius et Cellarius, qui rejectis omnibus se
in Exemo S^ti Albani abdidit, pieque usque ad diem fati sui, qui anno 1361
contigit, mundum lusu habuit. Damnam certè rerum morumque meta-
-morphosin dixeris, cum modo mundum fugientes a filiis hujus seculi ceu
fatui et otiosi despectum patiantur.

VI.^{us} Ad culmen emersit Venerabilis P. Hermannus I de Bercka
seu Bergen, patria Westphalus Tremoniensis. Sed sorte minus ridente
vix duobus annis in prioratu perstitit. Nam anno 1366 a Capitulo gene-
-rali sede motus fuit. Quid vero delicti lateat, mihi persuadeo, præseniores

1343, 22 sept. ^{pourrait être 1346, 22 sept.} Girardus de Norimagio, chanoine de St. Apôtre à Cologne, dans une bulle de Clément VI qui réserve son bénéfice à Everard de Gortzville, est dit entré à la chauxerie de Colbantz. Dat. apud Vilmannan, Av. Dinc. x Kal. oct. 2^o 8^o. - A donc fait profession à Colbantz en 1343 ou 1344.

nostros ex charitate dissimulasse, cum tamen carthæ dicti Capituli satis indicet suâ culpâ absolutum cum intonat: Priori domus S^{ti} Albani fit miseræ cordia et in tribus annis non possit eligi, nec ibi, nec alibi. Hoc fulmine in solitudinem reductus, benefactores nostros ad memoriam nostram scriptis mandavit, inter quos et ipse cum parentibus et amicis locum tenet, eodem benefactorum libro hæc testante. Parentes et amici D. Hermanni de Tremonia scriptores benefactorum hujus libri nobis recommendati, participes sint anniversarii et officii mensis cum eodem in æternum. Hanc lucem reliquit 24^a 7^{mo} anni 1398.

VII.^m Remos duxit S. P. Joannes II Riple vocatus.

Professor cartesie Confluentiæ, probata virtutis Pater qui ob eminentem sapientiam et doctrinam Prior S. Albani electus atque anno 1369 Convisitator superioris, inferiorisque Allemanniæ institutus pro Ordinis utilitate et decore varia tam feliciter quam sapienter in curia romana peregit negotia. In hoc quam maxime notus, quod pileos portandi pro officialibus Ordinis licentiam impetravit. Cum enim sæpe in conspectu Pontificis stetit, Beatissimus Pater intelligens, quod Priores, officiales et Fratres laici pileis in itineribus uti non presumerent, sicque a quovis aere plurimum molestarentur, paterne misertus Joanni nostro propriis manibus pileum superposuit, atque Reverendo Patri Generali pro omnibus Prioribus et officialibus ut nigros, pro Conversis vero et donatis ut griseos, post hæc possint portare pileos ^{amovendo} ~~in~~ diplomate indulit. Bullâ ipsâ, quia prolixior, præmissâ, ea tantum ponere placuit, quæ Venerandum Patrem nostrum indigitant in hæc verba: «*Hei usmodi autem capellos, servata dictorum discretionem colorum, esse volumus uniformes, et ad illius capelli similitudinem et exemplar, quem dilecto filio Joanni, Priori monasterii S^{ti} Albani prope muros Treverenses per Priorem soliti gubernari vestri Cartusienis Ordinis, tunc in Curia romana constituto cum gratiâ divinæ benedictionis et nostræ, quam paterno desiderio affectamus in totum Ordinem redundare prædictum, propriis manibus assignandum duximus ejusque capite primitialiter imponendum etc.*»
Hic eohenestatus ad oriculas suas Treverim reversus, tribus improstercum

annis in intellectibus manuum suarum solerter eas deduxit usque ad annum 1372, quo ad prioratum Moguntinum flagitante conventu translatus est, atque biennio se pastorem ibidem exhibuit solertissimum, Jesus dein laborem, plenus dierum, illum quem a Pontifice obtinuerat, pileum deponens coronam eterne felicitatis arripuit 20^a Aprilis anno 1374.

VIII.^{us} V. P. D. Joannes III^{us} cognomine Weijnardi.

Patria Norimbergensis, professor Gelbie. Vix unum annum in Prioratu agens, anno 1374 circa dominicam Palmaram a Patribus Visitatoribus (causam sui norunt) officio solutus 40 annis superviait. Citus ejus donuntiaitur anno 1374.

IX.^{us} V. P. D. Wynnandus Stenbecke de Tremonia Westphaliae.

rigore canonice electionis, et literis visitatorum jubentibus, paucis post absolutum predecessorem diebus, feria scilicet post ramos 2^{da} surrogatus est, vix omni laude dignissimus. Re enim vera Benefactor, Pastor bonus, pater amantissimus mater continuo dolore parturians, et nostrae Cartusiae restaurator solertissimus (sua in deorsu patebit) laudari promeruit. A juventute ejusdem telam ordiamur. Adolescens adhuc septemdecim annorum, latum mare tentare presumens, rati se commisit. Sed cursu prorsus inimico in extremum vitae periculum dejectus, quo se converteret, anxius haesit. Tandem periculi gravitas et amor in Superos Ordini nostro se devovendi suggerit consilium. Vivit et salvatus est. Tunc promissi sui haud ingratus solutor, vix fortium optatum salutans, mundo valefacit et ad Cartusiam Coloniensem confugit. Hanc virtutis palestram imperterritus, semper se ipso fortior ingressus duodecim annis strenuus athleta sublimis^{is}que asceta omni cum laude decertavit. Ob rarem igitur virtutem officio Vicarii adhibitus se talem eunctis prestitit ut ejus enomia, nullo modo terrae Coloniensi includi potuerint, sed totam provinciam libere pervolarint. Quin et in Thetereo nostro Trevirensi tam celebratus inaudit, ut istius temporis incole Pastore orcati eum sibi anno 1374 Priorem elegerint atque per Visitatores confirmari omni modo supplicarunt. Vix Prioratum inierat et tanta supervenit tribulatio qualis non fuit ab initio, quo gens cartusiana in desertis Trevirensibus nudificare cepit. Nam domus tyrannorum quorum frequentiores

ante hanc irruptionem, communi terra Treverensis fato, fertur ~~atque~~, rapacitate in ultimas angustias redacta, ære alieno plurimum depressa et murorum ædificiorumque presentem ruinam minitantium, quotidianus metus Wynando nil aliud ostendebat quam presentissimum resolutionis fatum: Nec ultra subsistere potuisset, nisi suorum Conservator et nutritor Deus in tantis tempestatibus serenum subinde radium ostendisset. Benefactorum charitas deferbuerat, marsusque vacuum prestare nihil poterat, et si interdum pauci nummi donabantur, mandatum Principis tum necdum ad nostros inclinati pisces in foro emere vetuerat. Quid igitur consilii? quid auxilii? Nil certe restabat quam discessus et Conventus famelicis in alias domos divisio: Hæc dum animo voluit Wynandus, nec rei desperate consilium inveniens, filii sui in tribulatione lacrymabundis aliqualem consolationem indulgere volens extremum crumenule habitum extorsit, omnemque quam habere poterat pecuniolam coquo dedit. Is mature satis civitatem ingressus, optimos quos in foro invenit, pisces pro viribus pecunie sue coemit, eosque conventui pro solamine preparavit. Interim coqui famulique Principis in foro, ut pisces pro familia aulica colligerent, parum invenerunt. Illi continuo Principi denuntiaverunt quod Cartusiani posthabito interdicto forum piscibus nudassent. Iratus Princeps Wynandum accessit et intolerabilis audacia reum declarans, causam facinoris sciscitatus est. Tum Winandus eminentissimo cum infima submissione rationem sui actus deposuit, suamque angustiam ita declaravit ut Princeps dulcedine et humilitate viri captus animum subito mutavit, seque Patrem et Benefactorem fore promiserit. Hinc respirans Wynandus ad suos reversus quid gaudii et consolationis secum tulerit, vix capies. Mirra res: sic Deus affligit ut consolatur, sic destruit ut ædificet. Et vere ædificavit. Nam nostrorum hoc casu patefacta indigentia ex principem eminentissimum et alios quam plures ad liberalitatem permovit. Eminentissimus dein Princeps haud vanus pollicitator suam munificentiam in Cartusiam ^{St. Albani} profundere cepit, atque utrumque hominem variis hucusque casibus debilitatum opportunis quoque remediis refocillare studuit. Pro interiori quidem varias concessit indulgentias quos verba in Diplomate positis ob antiquas in eis contentas consuetudines hic inserere haud incongruum duxi:

« Cum Dei gratia S^{ta} Treverensis Ecclesie Archiepiscopus Sacri Imperii per Galliam
Archicancellarius, religiosus et in Christo nobis pure dilectis Priori et Conventui domus
S^{te} Albani prope et extra muros Treverenses, Ordinis Cartusienensis salutem et sinceram in
D^{no} charitatem. Quia bonarum devotio mentium tunc ad divini cultus exercitia ferven-
tius accendi videtur, cum se spiritualis alimonie sperant ditari stipendio largiori: ut vego-
vos et vestri successores, Priores et fratres, preces et orationes salubres ac alia bona opera
pro nostra vite et Ecclesie nostre profectie, cunctique gregis nobis commissi felici statu
Omnipotentis Deo studiosius fundere consuecatis et offerre, nec non in hoc de vestra
salute vobis ipsis et cunctis fidelibus vivis et defunctis latius et avidius provideatis, consi-
derato pio desiderio F. Wynandi vestri Prioris, suisque precibus humilibus specialiter
inclinati quod quando in vestro Capitulo ^{sanctuario} Divinus sermo fuerit a quocumque catholico
propositus, aut galileam sive ambitum vestri cœmeterii vestri devotionis causa circumerit
aliquis, et pro fidelibus ibi sepultis preces fuerit devote, et in missarum celebratione
post ultima collecta conclusionem in principio misse et in fine, quicumque dixerit
aut dici audierit verba subscripta videlicet: « Et famulum tuum antistitem nos-
trum una cum grege sibi commisso ab omni adversitate custodi » toties quoties pres-
cripta per vos aut alios in domo vestra preacta fuerint facta, dicta vel audita, de Dei
omnipotentis misericordia confisi et autoritate nostra prout in nobis est, predictis
omnibus et singulis quadraginta dies de injunctis sibi prenitentis misericorditer in
D^{no} relaxamus. In testimonium premissorum sigillum nostrum presentibus est
appensum. Datum palatioli anno Dⁿⁱ millesimo trecentesimo septuagesimo quinto,
die 6^a mensis Februarii. »

Dua in hoc diplomate notande sunt consuetudines que dudum evanuerunt.
Et quidem quando quis in Capitulo vel Claustro Divinus sermo a quocumque ca-
tholico conceditur fuerit propositus. Quod nunc non cuivis catholico conceditur sed soli
Priori aut cui ipse in festis solemniibus injunxerit, incumbit. Quam paradoxum
enim modo et insulsum videretur si quilibet in Capitulo seu ambitu nostro suas
declamare periodos attentaret? Attera ab antiquitatis sancto feroce aequè parum
abhorret, scilicet: si quis galileam seu ambitum cœmeterii vestri devote pro fidelibus

malo anno 1382 medela adhibita, et Guillelmus generalis excommunicatus, inhabilitatus, depositus, et tanquam hereticus et schismaticus, surrogato Joanne de Barro ^{Barro} Priore domus S^ti Martini prope Neapolim, rejectus, omneque hoc modo in Ordine et provincia litigium direptum est. Mox aliud Cartusie Trevirensi malum incubuit. Brittones quippe aliaque belluæ confederata anno 1384 Trevirensis terra infestissime euncta devastarunt. Tunc conventus S^ti Albani a festo S^ti Joannis Baptiste, per novem sequentes dies, sua ex solitudine secunda jam vice profugus, ad palatium electoris (domus nostra in civitate omnes venditæ erant) divertere coactus fuit. Ibi suis in latebris suspirarunt, nec capita terere ausi, egentes, angustiati, afflicti anglorum phrenesi sua reliquerunt Dilaceranda. At benignissimus suorum deus, qui pulis corvorum petentibus escam dare non dedignatur, et suis famulis de Benefactio ribus providit. Dominus scilicet Hermarus de Novo castro Hassisie sigillifer et Canonicus S^ti Simeonis sinum Clementie sue super omnes istius temporis amicos aperiens, patres nostros quasi mater tenerima ad ubera benignitatis sue premens, piscibus, vino aliisque necessariis sustentavit recreavitque.

Evanescentibus dein luctuosissimis hisce tempestatibus saepe laudatus Princeps aliaque misericordia tacti moerentem Cartusiam suo è luctu erigere ceperunt. Verum que vix lacrymas detererat, novo fato anno 1388 afflicta luxit, dum 12^o Maii Reverendissimus et gratiosissimus Presul Ceno, qui tam viscerosum se hucusque ac beneficium prastiterat ut Cartusie nostra secundus fundator merito honoretur, dum inquam tantus princeps paucis crudelibus victima cecidit, cui quotannis tribus tricennariis parentamus.

Sequens annus 1389 Wynando, saepissime laudati Princeps occasu haud leviter concusso demum consolatorius fuit, dum historiam Covernonsem per obitum Dⁿi Gerardi de Bastonia, insignis ceteroquin benefactoris, vacantem ipseret cum omni solemnitate ceremoniarumque ritu consueto acceptavit.

Reliqua dein, quamvis pacatiora non nihil concurrere tempora, Wynandus tamen corpore jam debilior, saepius petitam, saepiusque denegatam absolutionem ab officio importunius urgere peroravit. Post habitis exhausti ferè corpusculi molestiis

ad capitulum generale in Leix (Sclaronice urbs est) ipsemet ascendit. Sed surdas iterato expertus aures ad suos redux tandem a Visitatoribus quibus plena Capituli generalis auctoritas concessa fuerat, anno 1396 8^a Julii ab onere prioratus liberari promeruit, postquam Cartusiam S^ti Albani 22 annis ex 6 mensibus in multis angustiis gubernasset. Obtentâ absolute Coloniâ in domum suae professionis reversus, tribus deinceps annis solitarius delituit. Verum ne lucerna sub medio, abscondita contenebresceret, demum extractus Prior cartusiae Trigelensis electus atque receptus fuit. Ibi tribus annis insigni cum laude exactis, anno 1402 novam, quae tum Basilea orta est, plantationem regere et excolere iussus, irreprehensibilem se omnique laude dignissimum exhibuit. Tandem fessus laborum anno 1409 pio fine quiescit. Vir, de quo dubites, an honorem magis, quam laborem tollerare didicerit. Modo fati fuissimum patris familiam asceticam exornarunt viri memoria digni, inter quos D. Joannes Eckel relicta sede Schabinali inter patres Cartusiae nostrae conscriptus, insignis cum filio tristanto S^ti Paulini Decano Benefactor extitit, atque post laudabilem conversationem circa annum 1377 ex solitudine ad superos avolavit.

D. Joannes de Northheim Diaconus et Decanus Collegiatae S^ti Joannis Moguntiae, medicis Esculapii artibus haud parum ornatus, in S^ti Albani Desertis sub disciplina caelestis medici animae suae laudabilem curam egit. Obitum ejus, quem felicem speramus, ignoramus.

Sua quoque mentione dignus D. Arnoldus, rei oeconomicae sub Wynardo procurator solertissimus, quem Capitulum generale anno 1408 conventui Moguntino, Priori eorum absoluto, ut pastorem eligerent, persuasit, an vero Moguntini Consilium acceptarint, ignoro, constat tamen eum in Prioratu Regentinensi extremum duxisse spiritum.

X^{us} S^ti Albani Navarchus V. P. D. Bernardus I,

Professus Coloniae, domus Treverensis binâ vice Prior. Prima ab anno 1396 Leeri ob laudabilem conversa-prudentemque aliorum directionem inter primos Provincia patres nominatus, anno 1401 cum injuncto Visitatoris officio, ex sua

deinceps et aliarum provinciarum domos saepius lustrare jussus fuit. Bernardus vero multam peregrinationem exosam habens, hoc onus a se excutere gestiebat atque a Capitulo generali anno 1403 liberari flagitabat sed Capitulum loco responsi ipsi patientiam in officio mandabat. Interim Bernardus utrumque spirituale temporaleque commodum sedulo promovit plura variis in locis acquisivit, omnium bonorum, censuum et literarum indicem in pergamento, caractere sicut elegante contexuit. Tuum quoque introducebat usum, quo Patres nostri, quando in cellis soli vescebantur, unam orationem dominicam cum psalmo de profundis pro animabus in expiatione constitutis circa mensam dicere consueverant. Quae consuetudo plurimum devota an adhuc vigeat, quisquis sibi testes sit.

Prioratu itaque Trevirensi 11 annis fideliter administrato, anno 1407 ad aliam, nescio quam, Cartusiam regendam discessit.

Il est mort a Cologne le 15 Mars 1440 (aliam 1439) comme il est dit dans H. S. 242, 2. p. 4.

XI^{us} V. P. D. Petrus I^{us}

Fasces S^{te} Albani gessit, de quo nihil nobis innotuit praeter testimonium Dominici nostri qui eum praecipuum justitiae relocatorum, virumque facundum dilaudat. Praefuit duobus annis, ac dein solitarius quieverit usque ad diem obitus sui qui fuit 13^o Septembris anno 1420.

Modo fato Petro Prioratum ad huc tenente vivit excoerit Ullis P. Bertovicus Lelesio parochialis in Lehmen quondam laudabilis curatus qui ^{oribus} ~~oribus~~ alteri creditis, sed prope aetate, in planis Cartusiae Trevirensis praescua quiesivit, seque in statu clerici reddidi sacerdotis Deo dicavit, atque dictam nostram cartusiam pluribus ante vota sollemnia beneficiis recreavit.

XII. V. P. D. Adolphus de Assindia

Vel ut aliis placet de Essendia, integri voluminis materiam suppeditaturus, nisi temporis brevitatis quae Cartusianum coeret, aliud suaderet. Brevis tamen ex contractis authorum non contemnendorum testimoniis virum representabo.

Fuit Adolphus e nobili prosapia avite virtutis adolescens, literis tum divinis, tum humanis, praesertim jurisprudentia propollens. Sed divina praeventus gratia, dum plurimos mortalium per abrupta vitiorum in aeternum praecipitium festinare vidit, fallaces saeculi

laenocinantis decipulos fugere, pedemque in via mandatorum Dei figere cupiens, circa
 annum 1398 ad S^{ti} Albani aseterium properavit, relictisque saeculi pompis tyrocinii
 sui fundamenta ponens, alacrem se omnium in via virtutum amuletorum exhibuit.
 Imprimis vero beatissime Certusianorum Reginae devotissimus fuit, ejusque servitio se totum
 impendit. Ita quidem, ut omnes confratres suo exemplo Marianos fecerit. Ipso autem
 laudatissima illa consuetudo rosarium cum clausulis mysteriorum recitandi non
 tantum in nostrâ cartusia sed et in toto orbe catholico propagatus est. Mirabilem
 hac de re teste Dominico visionem habere promeruit. Vidit quippe et audivit Bea-
 tissimam coelorum Reginam toto celestium spirituum, Angelorum, sanctorum
 praesertim Virginum nitidissimo agmine stipatam, coram Omnipotente reliquis
 in throno sublimiore, antefatum Rosarium cum clausulis amoroso modulamine
 decantantem et cuilibet clausula Alleluia adjungentem: Porro quotiescumque dul-
 cissimum Mariae nomen insonabat, omnis ista caelestis hierarchia caput reverenter
 inclinare, quoties vero Sanctissimum Jesu nomen appellabatur genua devotissime
 flectere ei visa est. Vidit etiam tum et audivit (pergit Dominicus) Quod omnes
 Deo omnipotenti immensas gratias agebant pro universis bonis quae proveniunt ex
 eodem rosario quia Deus et Dñs noster Jesus Christus in eo laudatur ac benedicitur
 cum Sanctissima Matre sua in omnibus, quae in hoc mundo fecit vel sustinuit pro
 toto genere humano, dum in fine angelicae salutationis semper dicitur: Benedic-
 tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui Jesus, et additur, qui hoc aut illud fecit
 vel sustinuit secundum quod a principio vitae illius usque ad finem ejus conversatio recen-
 setur. Unde non immerito et ipsi in caelis sancti ineffabili exultant tripudio et in terris
 se exercitantes in eodem, gratiâ et devotione mirabili replentur. Quod in diversas jam mun-
 di partes divulgatum est, et nostris scriptis per 30 circiter annos determinatum.

Ipsi quoque sancti ut Pater idem audivit, cum magno devotionis affectu
 oraverunt et ibidem Dominum pro eunctis se in eodem exercitantibus, quatenus
 omnipotens dignetur tales sua speciali gratiâ illustrare et confortare ut in illo
 et aliis bonis exercitiis semper proficere possint et perseverare usque infelicem finem, atque
 post hanc vitam singulariter in caelis felices fieri. Vidit quoque in caelis innumeras,

immarcescibiles, florentes, odoriferas et lucentes coronas illis repositas: qui rosarium idem ad laudem Dei et ejus Genitricis S^{te} Mariae faciunt, et quoties quis unum tale fecerit toties una talis corona ceteris illic repositis additur et servatur eisdem: dictumque est Patri eidem certissime, quod homini dicenti ejusmodi rosarium et conformanti se pro posse sanctis in supradictis caeremoniis, plenaria omnium peccatorum suorum remissio donatur toties quoties id fecerit.

Huc usque haec de re Dominicus noster.

Porro non tantum in pretaeta erga Beatissimam Virginem Mariam devotione sed et in omnigena virtute excellit. Qua propter anno 1409 unanimi eligentium voce postulatus, Trevericæ domus regimen assumpsit atque sexennio utiliter, fructuoseque tenuit.

Interim, dum per serenissimum Dñm Carolum 2^m Lotharingiæ ducem et Dominam Margaretham Bavariæ Ducissam ejus consortem, Sanctissima opinio- nis faminam Cartusia ad Mariæ rivulum prope Sirek sua nacta fuisset incunabula, Adolphus noster, ut potè vir nove plantationi gubernandæ optimus anno 1415 prioratu Treverensi solutus, primi rectoris provinciam ibidem strenue adornavit, assumpto in adiutorium simile sibi Dominico Pruteno Vicarii munus in novo aseterio agente.

Quam dulcem vero ibidem Adolphus suarum virtutum, pietatis ac sanctimoniae odorem exhalavit, multis explicare super sedeo, cum supra facta piissima Ducissa insi- gnis erga eum devotio et affectus sat quare testimonium perhibeat.

Quod Dominicus in libro suo, *Sonus epulantis* fol. 137 sequentibus narrat. Sub tempore moderaminis Adolphi rectoris Mariæ rivuli consueverat Illustrissima illa Margretha corpus Dominicum ad minus omni hebdomada simul in Capellâ de manibus rectoris Adolphi sumere, accidit semel, quod inter porrectionem Sacratissimi Sacra- menti viderit faciem illius Ducissæ quasi solem splendore radiare, ita ut porrigendo venerabile sacramentum territus nesciverit quomodo vel quando ipsa id ore perciperet.

Post hæc Adolphus ad Rachelis contemplativæ anhelans amplexus, perpetuum Licæ lippientis divortium cogitavit, atque Capitulo generali preces suas prosteruens, abso-

lectionem a rectoratu obtinuit, anno 1421 cum Dominico Vicario et Simone converso ad abdita cartusie Trevirensis revolavit ubi novo in dies fervore spiritum supra se torquere percrevit.

Hæc inter sancta otia quibus soli Deo contemplativus inhesit tanta ei divine gratie exuberantia affluxit, ut ubique celebratissimus inaudierit. Unde teste Dominico lib. 2^o Exper: Collat. 18^a bina vice in Abbatem Benedictinorum electus fuit, cui tamen honori humiliter se subducens aliquoties Abbatis S^ti Matthei Joannis Rode in visitationibus socius fuit, in quibus Bursfeldensium innovatam vitam redintegrarunt.

Interim Rodolphus Vicarii persurgens officio, quantum in virtute et sanctimonia creverit, Dominicum ejus contemporaneum denique testor qui lib. Sonus epulantis pag. 111 pluribus eum dilaudat dicens: « Scipius non in spiritu tantum, sed et in corpore caelestem meruit percipere consolationem ita ut calidus confortatus ab omni fuerit corporis infirmitate liberatus. Item lib. I Exper. narrat. 38^a de eodem ait: rogaverat idem et impetraverat corpori suo vires et fortitudinem, ac cordi suo pacem, ut posset Deo Creatori suo fideliter deservire. Hoc et nos (confratres scilicet) non sine magna admiratione vidimus quod vir senex et grandævus, utpote qui onus Ordinis ultra quadraginta annos portaverat, posset plus omnibus laborare, cum tamen minus ederet et dormiret quam nos juniores. Nam sine defectu et ulla lassitudine tam in solemnitatibus quam in feriis a principio usque in finem in laudibus divinis nocte ac die perdurabat. Uno eodemque die varia munera obibat, Conversis predicabat, officium Diaconatus exercebat, in refectorio legebat, in colloquio lectionem Venerabili Conventui insonabat, ubique sui officii onera sine adjutorio alicujus saepe exebatur. Fuit præterea singularis abstinencia, panem grossum familia commedebat, pingua et delicata abjiciebat. Vinum ita miscebat aqua ut vix saporem vel valorem aliquem confortandi retineret. Sub tempore sudoratus sui pie confratribus in die abstinenciae subveniebat, ipse autem frequenter pane et aqua contentus vitam transigebat. Omnibus semper in quocumque officio degerebat, consolatorius emicabat. Tentatis ac tribulatis ad se venientibus in et extra confessionis sacramentum charitative et

Le Fr. Simon mourut à Trèves, son obit fut déposé par
la charte de 1429 (voir A 5. 247. 2. p. 77.)

pacifice omnes pacificans succurrebat, peccata eorum super se accipiens vel pro
 ea explicans tribulatis ac scrupulosis dicere consueverat: ite et sitis in pace. Vel
 sane aiebat: Ego novi conscientiam vestram quod nulla ratione huic tentationi consen-
 titis, susurrata tantum diabolica sunt, nil ea curetis. His et similibus verbis pusila-
 nimes roborabat et confortabat. Insuper talis devotionis erat, ut vix aliquis ^{Devoti} legere
 potuerit quin continuo lacrymaretur. Nunquam hæc de causâ in sacrificio Missæ
 passionem Dñi legere presumebat, timens, ne finire non posset pro fletu, tentavit nihil-
 ominus id unâ vice quâ ob lacrymas erumpentes, a quibus se continere non valebat,
 Passionem Dñi finire non potuit. Quod autem his omnibus majus est ac veri sanitate
 signum: patientiâ fuit verâ, quâ injurias contumelias humiliter suscipiebat, pa-
 tienter sustinebat, adversantibus piè respondebat, in factis et verbis se eis hilariter
 ostendebat, in tantum, ut quandoque eum fictè eadem agere suspicaremur, quod
 Deus nobis ignoscat. Atque eundem finis probavit, qualis inter nos latuerit. » Hæter-
 nus Dominicus.

At in fausta post hæc cucurrere tempora, que plurimum Rodolpho perturbatio-
 nem tulerunt atque molestiam. Nam anno 1431 famosum illud inter Robanum
 et ^{Udabrum} Aldaricum de sede Trevirensi concertantes exarsit litigium, ita ut clerici, religiosi
 et plebei in partes divisi varias ultro citroque factiones attentarint. Quin et Conventus
 tam nostræ quam Confluentine Cartusie in diversas fluctuabant partes, ut parum
 abfuerit, quin utriusque Cartusie monachi per Capitulum generale et Visitatores in
 alias provincie domos dispersi fuissent.

Tum Rodolphus ex zelo Dei (ut testatur Dominicus) junctis sibi aliis quibusdam
 confratribus suis, in quosdam insurrexit, litterasque ad Capitulum generale dedit. Sed
 adversarii ejus non levioribus nixi argumentis triumphaverunt. Sed et contra Joannem
 Cover de Sule, tum temporis nostræ Cartusie priorem, in curia romana pro incorporatione
 monasterii Nutilensis laborantem, sed nescio quâ de causâ Romæ in custodia positum
 quidquam molitus est. Sed Rodolphus denique ab adversariis suis Capitulum generale pre-
 occupantibus devictus, acriter reprehensus fuit: et anno 1433 cum suis asseclis discipli-
 na regulari punitus, carthæ capituli in hæc verba detonante: Monachus Trevirensis

Prioratus, culpam suam in Capitulo generali recognoscentibus super injuria eorum Priori scriptis illata, ultra penitentiam a Visitatoribus injunctam seu impositam, injungimus ut quilibet eorum in refectorio semel ad terram commedat. Vicarius autem (scilicet Adolphus) ultra predicta, quia alios ad scribendum induxit, dicat unum psalterium.

Eodem quoque anno, supradicti disidii causa, ex domo Treverensi ad Leodiosensem secundam, quae tunc in usu erat, editurus professionem missus fuit. His omnibus Adolphus minime fractus, in spiritu humilitatis contra dispositionem monasterii Ruitilensis, utpote insufficientem, litteras dedit. Sed denuo loco responsi, silentium sub poena discipline Ordinis ei impositum est. Acquisivit huic correctioni plures interim adversarios frassus, quibus aut scientia juris, aut rebus justitiae in Adolpho displicuit.

Ex antlatas hisce turbinibus anno 1437 Treveros cum iterata incryptione eaque satis acerba remissus est, capitulo generali in haec verba mandante: « Ordinamus quod D. Adolphus ad domum suae professionis prope Treverim indilate revertatur, et eidem omnes libros juris penitus interdiciamus, ne occasione ipsorum se ipsum et provinciam suam, sicut hactenus fecit, valeat perturbare, et Capitulum generale infructuose occupare. » Sed omnimodo studeat cum Hieronymo, non doctoris, sed plangentis habere officium qui vel se, vel mundum legeat: et Domini parvulus prostoletur adventum. Alias si, quod absit, in pristinas perturbations relapsus fuerit, per priorem suum carceri mancipetur ad Ordinis voluntatem. Dura quidem objurgatio, sed ad detergendam in homine cateroquin sancto leviorum defectuum scoricam probatissima; Adolphus imposterum (ut Dominicus in Cathalogo defunctorum sui temporis perhibet) ad tantam gratiam ante mortem pervenit, ut pluries quandoque una die in caelum raperetur.

Tandem post rigorem Ordinis ultra quadraginta annos exemplariter portatum, post Prioris, rectoris, Vicarii, pii sanctique religiosi vices strictae expletas, post plurimas pro justitia toleratas adversitates et objurgationes, anno 1489 scivente generali contagione, spiritum caelestibus assuefactum die 4^{te} Junii in manus Creatoris

vicem apud annos etc. Quoniam
Lambertus de contrant V. 405.

exhalavit. Gloriosum ejus agonem verbis dominici, testis oculati Describere libet
qui lib I Isper. Narrat. 41^a sic habet: Cum pestibentia tactus appropinquaret
ad mortem, passiones juxta se, ut moris est, legi jussit, sedensque supra scamnum,
clara sic utebatur ratione, ut legentibus indicaret in libro quid legere deberent:
quamvis lingua balbutiente verba non bene formare posset. Cum lecta passione
secundum Lucam, psalmos quos postulaverat, legisset et diceret in psalmo: Deus
Deus meus respice in me et in manus tuas commendo spiritum meum, ille Adolphus
manibus sursum levatis verba eadem, prout poterat, dicebat. Et ecce non diu post
hoc tentator valide ingressus, ipsum invasit, ita ut utroque manu aversa illum
abigere nisus sit. Visa sunt os et nares Adolphi in sinum compingi terribiliter coram
tribus patribus Conventus. Unus ex eis (ipsemet Dominicus) intrante per ostium
tentatore, amarum percepit odorem. Adolphus assumpta cuculla, eam duplicavit,
atque oculos suos velans, faciem totam operuit. Praesentes autem tres personae, Deum
et beatam Virginem devotione, qua poterat, invocabant tam diu, donec tentatore
cessante, pater ille placide in Dño agonizaret. Haec verba dominici cui post obitum
suum (prout lib. Isper. narrat: supra citata indicat) in visione nocturna visus
est stans ante domum Capituli, manibus elevatis et oculis clausis, candelam habens
ardentem a dentibus, verso dorso ad Capitulum orans affectu devotissimo et tam constan-
ter et seriose ut Dominico illum in visione alloquente minimè responderet. Nec
enim poterat coelestibus inseparabiliter non inherere qui contemptis terrenis super-
na semper meditatus fuerat. Porro quam sancta sub hoc pastore fuerit oricularum
conversatio, pluribus dicere supersedeo, unico teste contentus, Reverendissimo Dño
Tilmano ab Lidel, Abbate monasterii luxemburgensis, ordinis S^ti Benedicti et suffra-
ganeo Trevirensi qui, quando patres nostros invisere voluit quod ei frequentissimum
fuit, dicere consuevit: Ego vado ad reliquias vivas cartusianas. Haec inter reliquias
ipsemet Tilmanus in antiqua Cartusia a Marte gallico profanata tumultus
quiescit. Nominatissimos istius temporis viros invenio Conradum de Indagine, a
Dominico viri sancti et honorabilis encomio exornatum, et Walterum de Vite.
Ibic anno 1391 in S^ti Mathie monasterio monachum egit, an novitium, an profanum

non constat. Exinde viam arctiorem ingressus ad Cartusiam properavit. In catalogo Benefactorum, pro beneficiis collatis, cum sorore Domina Sophia de Vite laudatus. Dominicus hoc de eo commemorat. P. Walterus, vir maturus, qui cum lacrymis mortem expetit, quam anno 1413, 21^o Augusti obtinuit. Eius quoque memoria superest in libro quodam pergameno, in quo suas labores aeterno Deo consecrans tractatus F. Roberti Holkot, moralisationes Seneca, Fulgentii et Alberti M. Sermones De Vbi Sacramento descripsit.

XIII. V. P. D. Petrus II, dictus de Moguntia

Vir humilis, saeculiq; contemptor, anno 1415 regimen suscipere coactus est. Sed oneris peritesus, ad suam magnam instantiam absolutionem quidem a prioratu obtinuit anno 1419 ~~ad~~ officium procuraturae effugere non potuit.

Postea anno 1421 a Capitulo generali officio rectoris novae plantationis prope Syrek adnotus fuit. Huius quoque muneris satur, ab eo anno 1425 demissus fuit. Sic ab omni abhorrens officio, teste Dominico, dicere solebat se plus timere prioratum, quam diabolum aut infernum. Obitum ejus omnino ignoro. 45. 1422 f.
149? 1459 ?

XIV. V. P. D. Joannes IV Rode

Vir notissimus plurimorum historicorum praconis decantatus. Hi parentibus inter cives Trevirenses, proclaris et opulentis natus, eorum sollicitudine plurimum commendanda in teneris ad normam filiorum Dei educatus, maturescente non nihil aetate, ad gymnasium Heidelbergense ista tempestate celebratissimum, missus est: ubi brevi intervallo tantum hausit doctrinae incrementum ut et sacro-sanctae theologiae baccalaureus, et sacrorum canonum licentiatus, adhibito plausu publico, creari meruerit. Hisce honoribus pro merito insignis Trevirim reversus, inter canonicos Ecclesiae Metensis, et paulo post inter collegas S^{ti} Simeonis Treviris locum obtinuit. Honoribus tam nihil omnino inflatus, quamvis juvenis, omnia mundi desiderabilia maturâ semper gravitate ac prudentiâ desperit. Verum quemadmodum fortuna se fugientes pro aliis amplecti solet, sic Joannem variè quesierunt honores. Vix supremis literarum laureis insignito, Decanatus S^{ti} Simeonis, et curiae Trevirensis supremum Judicis fastigium delertur. In tantis, tamque honorificis refulgens officiis omnem curam suam

- (a) 1417, 7 dec. - Martinus V^{us} mandat preposito ecclesie B^eM^e Rotunde Metens^{is} quatenus confirmet mutationem, olim, factam, auctoritate ordinaria inter Johannem Gudemanni, clericum, Metensem, et Johannem Rode, fratrem, S^ti Albani extra muros Trevirensis ordinis Carthusiensis, tunc clericum, saecularium, de capella S^ti Guirici sita in cimiterio monasterii S^ti Mathie extra muros Trevirensis ord. S^ti B., quam habebat Jo. Gudemanni, contra canonicatum, et prebendam ecclesie Metensis, quos habebat Johannes Rode. Datum Constantiae VII^o Idus Decembris p. m. a. 21^o (Arch. du Vatic. Reg. Later. 194/d. 17). -
- 1418, 3 Julii - Idem Papa mandat episcopo Spolitano et decanis ecclesiarum majoris et S^ti Simonis Trevirensis, quatenus conferant Johanni de Ghelmen, clerico Leodiensis diocesis, canonicatum, et prebendam ecclesie S^ti Paulini extra muros Trevirensis, vacantes per professionem in monasterio cartusienso extra muros Trevirensis et a Johanne Rode emissam. (fructus annui dicti canonicatus S^mo arcuarum argenteo non excedunt) Datum Gebennis V^o nonas Julii p. m. a. 21^o. (Arch. Vat. Reg. Lat. 1888. 284). -

posuit in instruendis sui Collegii Canonicis. Post hæc Rodius ille consultissimus
frequenti ruminacione meditabundus, mundo ejusque fallacis nuncium mittere,
seque in spelunca Cartusie Trevirensis abscondere firmiter statuit: Wernero archipre-
suli viros, et morum integritate notos, et juvenum Trevirensium apertè peritos
tanquam subletores proponere, atque monasterium S^{ti} Albani Martyris intrandi
licentiam petere aggressus est. Wernerus dum precibus Rodianis resistere ultra non
potuit, mæstus et quasi meditabundus coepta perficiendi copiam fecit.

Itaque Rodius S^{to} deducente spirite ad S^{ti} Albani latibula admissus, semitam
Tyrocini sui forti pectore, alacrique animo currere cepit. Non eum divinarum
prolixitas, non ciliici divitias, non victus tenuitas deterruit. Stupuisse certi, si
virum alias clarissimum, Principi, aliisque magnatibus honoratum, ad quavis
imperata, quamvis vilica et odiosa prompto sese animo abjicientem vidisses. Erant
tunc temporis Cartusia Trevirensis incolæ viri pietate et religione spectatissimi quo-
rum fama ubique innotuit. Horum se Rodius strenuum præstitit emulatorem.
Imenso Tyrocynio, anno 1417 in festo Beate Mariæ Virginis natalitio, annis fere
natus 39, cunctis antea dispositis vota solemnia emisit, iisque innodatus, meliora
quotidie emulando charismata, mirum fecit virtutis, pietatisque profectum. Qua-
propter Petro de Moguntia ad regendam novam plantationem prope Syeck trans-
lato, anno 1419 a Capitulo generali, cui jam innotuerat, fœces S^{ti} Albani invi-
tus acceptare coactus fuit, imperante eodem capitulo et dicente: Præficimus in
Priorem dictæ domus (scilicet S^{ti} Albani) Dominum Leannem Rode, monachum
ejusdem domus, et in casu, quod non habet tempus congruum (necum enim duobus
annis integris, ut statuta nostra ad Priorem requirunt, in Ordinis professione
steterat) dispensamus. Cui obedientia cum reluctari non posset, se tandem appli-
cavit et ovis suis fructuosè et laudabiliter præfuit usque ad annum 1421.

Tunc procurante Ottone a Ligenheim Archiepiscopo Trevirensi, laudatissimo
justitiæ Relatore, et discipline religiose reformatore, annuente Summo Pontifice, et
latens Cartusia protractus, pedum S^{ti} Nothie acceptare jussus fuit. In quantum
vero moerorem filios gemebundos tanti Patris discessus dejecerit, quis poterit explicare?

: voir page précédente : En 14.19 Henri de Magence n'est pas
envoyé à Sierk mais échange ses fonctions de Tricem pour
celle de premier.

Hic certe molimini omni, quo potuissent, robore se opposuissent nisi extaticus ille Dominicus noster, dum contemplativus sedit, spiritum quãdam vice in se canentem audisset notum illud, responsorium: Non vos relinquam orphanos: Ex quo summi Dei beneplacitum intelligens, suum aliorumque animos tranquillitati reddidit.

Proinde Rodius, jubente Martino V summo Pontifice, anno 1421, Domini eorum infra 8^{tas} Visitationis B. V. in Abbatia S^{ti} Matthei inthronizatus confirmatusque fuit.

Decurrente postea aliquanto tempore, ad Concilium Basileense profectus cum Beato Nicolao Albergato Ordinis nostri, Cardinali S^{ti} Crucis, Episcopo Bononiensi et legato apostolico Pontificis partes viriliter defendit et ab eodem Concilio Ordinis S^{ti} Benedicti in Germania Visitator generalis constitutus fuit. Unde se primum, dein et alios qui a disciplina plurimum abhorrentes, ad quavis placita libere exagabantur, ad normam vitæ religiosæ revocare studuit. Pullularit ex hoc saluberrima illa Bursfeldensis congregatio, cujus princeps authorque Rodius dilaudatur.

Quantas vero in hoc reformationis negotio molestias pertulerit facile intelliges, si sauciam ubique disciplinam, si itinerum incommoda, si monachorum liberiora sectantium obtreccionem perpendere liceat. Nil tamen fractus, juncto sibi subinde Wolpho de Assindia, Cartuiae Trevirensis tum Vicario, Visitationis Socio, varias peragravit provincias et monasteria, novisque introductis constitutionibus, vitam monasticam restauravit reformatisque.

Plura certe alia patravit, pluraque patravisset tanto Abbate digna, nisi pro redimenda Willmariensi advocatia profectus, quem pestiferam in oppido Montaborino hospitam habuisset, cui præacuta et pestilenti febre tactus, plenus dierum meritorumque dives, anno 1436 succubuit: dum prioratum S^{ti} Albani duobus, presulatum S^{ti} Matthei octodecim et vitam omni laude dignissimam septuaginta septem annis gessisset. Verum ex loco obitus sui Treviros ad sedem suam relatus in ecclesia S^{ti} Matthei, ante aram S^{ti} Stephani protomartyris cum sequenti, nescio, quã temporum hominumque injuriã hodiernam invisibili epitaphio tumulatus quiescit. Theologus ipso, juristaque floridus iste, officialis Treviris, prior extitit certusiensis, abbas formatus, tunc principibus Benè gratus, moribus enclarus, victorque Draconis hieatis, Ordinis ob celum visitator destitutus ^{sedem} ~~Bedum~~; pestique prostratus nunc vermibus esca locatus. Hic jacet in tumba, vas Ordinis, alta columna, abbas donatus, Joannes

1431

il ne fut évêque que jusqu'en ch. de 1433
qu'il se "limogea" à Liège. d'où
il ne revint qu'en 1437.

Donc cela dure sa prison entre 1421 et 1433

Unde vocatus, collectis membris primâ decumbe Decembris tricesimo nono, & quarto, Mr. quoque solo. Porro viri, dignissimi laudem non parum amplificanti tractatus quidam ab eo conscripti, posterisque ut vera spiritus ejus imago relictâ. Horum unus de officio et qualitate abbatis agens, alter constitutiones utiles de reformatione monachorum proponens, virum piissimum in posteris adhuc dum spirare demonstrat. Nec solum in 5^{to} Mathild monasterio; sed et in nostro 1^{to} Albani ac cetero viri dignis imi regimen suis claris ornamentis: quorum saltem unicum pretereire nequeo videlicet V. P. Nicolaum de Saxonia seu Havia nuncupatum. Hic sat egregius homo quondam rectorem scholarum Treviris gesserat, ibique tres Beguinâs (genus devotissimum est) sibi de Havia compatriotas frequentius visitare consueverat. Harum senior frequentem juvenis rectoris ad se ingressum cumque sororibus etate junioribus familiaritatem suspectam exosamque haberi cepit. Tigitur dum quodam die juvenis pro more redisset, Seniori illa ex indignatione potius quam ex devotione, ut ait Dominicus, ad Vesperas se pergere dixit, orique Ecclesia cum multis curis multaque perturbatione constituta, Deum et beatam Virginem ardentius tandem orare cepit, cumque scire desiderasset, utrumque frequentata juvenis visitatio sororibus periculosa foret, ecce beatissima Virgo Maria apprensens aiebat: Ne acri ferax juvenis illius ingressum ad vos, quoniam utilis est. Dic illi ut peccatum illud dimittat quod facere solet, tunc erit filius meus, et ego ero mater ipsius. Hoc audito, Beguina senior pro gaudio domum reversa, juvenem adhuc presentem invenit, atque revelata narravit. Unde Nicolaus mente mutata, de conversione tractans, Trevirisque discedens, in Cartusia Gandavensi sua conversionis primordia auspiciatus, mirè mutatus fuit. Post hæc a Capitulo generali anno 1405 Treviros ad secundam professionem missus, in graviozem iniecit tentationem. Vigebat enim tum temporis periculosum et generale schisma quod viros etiam devotissimos de vero capite nutare fecit. Hanc ob rerum Ecclesiasticarum perturbationem, et privatorum dissensiones Nicolaus animo dubius de apostasia cogitare cepit, cumque sarcinulam rerum secum ferendarum jam collegisset in oratorio cellæ suæ Deum genibus ministravit, ut si talis exitus finalis interitus animæ suæ foret, per misericordiam Dei et beatissimæ Virginis preces custodiiri mereretur. Ne morâ, ab hac tentatione subito liberatus, fructus poenitentiae

uberiores fecit. Nec miror eum tam cito liberatum, cum potentissima illa sidera, Iesum et Mariam inclamaverit, quae Cymeras etiam uno intuitu tenebras dissolvere queunt. Totius historiae epitomen Dominicus adornat in cathalogo defunctorum sui temporis hisce verbis: D. Nicolaus vir intelligens, et multum poenitens, timore longo castigatus in spem tandem operationum divinitus respiravit, et terumnosa reliquit hic venerabilis Senex, anno regiminis Rodiani 2^{do} X^{to} 1420 die incerta, dum ultra 40 annos rigorem Ordinis postasset.

XV^{us} V. P. D. Joannes V Cover de Sule,

Celebrandae vir memoria, vestigiis Rodi supralaudati, passu haud degenero institit. Fuit genere nobilis, doctrinae clarus, atque dignitate spectabilis. Ecclesiae majoris Metensis Canonicum cantoremque quondam egit. At omnem gloriam omnemque pompam popularis aures ludibrium despiciens ut Christum lucrifaceret, anno 1419 ultima Februarii, in cartusia Trevirensi per vota sollemnia se suaque Deo donavit. Post professionem per biennium modestiam religiosam, discretionem, pietatem, caeterasque virtutes omni modo familiares sibi fecit, et latius erumpente fama ejus, post discessum Joannis Rodi vigore canonice electionis clavo 5^{ta} Albani adhibitus scilicet omnia ^{super eum} dextereque gubernavit, suamque auctoritatem dilatavit. Verum Joannes ad pedes Domini cum Maria sedere praeelegit, et circa annum 1426 ad nimias preces suas a regimine absolutus, aliquandiu contemplativus quieverit, successoremque habuit, supra decimo loco laudatum, nunc secunda vice hujus domus moderatorem.

V. P. Bernardum, de quo supra partim narravimus. Inevitabilis certe necessitatis erat, ut turpidis illis temporibus vir prudens expertusque domui nostrae praesetet. Vix enim Joannes de Sule gubernacula deposuerat, et ecce foris pugnae, intus timores exercituum nostrum interturbabant. Otto enim Archiepiscopus capitulum metropolitanum cunctumque clerum reformare, et ad saniores vivendi rationem deducere attentavit, quod omnem fere clerum sanctae ejus intentioni renitentem in damnum religiosorum inflammaret. Venit quidem Reverendissimus D. Archiepiscopus cum Cardinali Henrico ab Anglia alisque vicis doctis et timoratis ad urbem ut dictum reformationis negotium auspiceretur. Sed clerus sollicitior damnando incauditoque consilio, reliquis thesaurisque Ecclesiarum —

disceptis alio commigrasset, nisi princeps portas et muros civitatis claudi custodiri que
mandasset. Porro archiepiscopus in exasperatis perduellium animis se nihil proficere
consulto ratus, quatuor viros graves cunctisque honoratos, Joannem de Monte suffra-
ganum duos Decanos S^t Simeonis et Paulini et Bernardum nostrum constituit, qui-
bus mediātibz pax tandem rediit, testantibus antiquis istis versibus:

Visitat Ecclesiam Legatus post Trevirensensem,
In die Decembris, quæ decima septima mensis,
Hic nuncupatus Henricus, ab Anglia natus,
Ac Cardinalis de Papæ latere missus.

Sed post Canonicis est lis cum Picule grandis
Nolunt statuta legati sumere grata,
Sed mox appellant, nec obedire curant.
Præsul ut hoc servent arctius ipse jubet.

Hic sequitur mirum, quod est a nemine visum
Tollunt reliquias hi de Basilica cunctas,
Et quò duxere nullus potuit bene scire.
Urbs claudid portas per quindenamque serratas,
Summus Decanus accessit corpore sanus.

Sed sunt reliquie statim pace facta reversæ,
Hanc fecit Artistes, dictus de Monte Joannes
Binis Decanis huic Domino sociatis,
Paulini primus, secundus erat Simeonis
Tertius et quartus Bernardus Cartusiensis,
Quatuor æquales fuerant hi mediatores

Clerus itaque composito, Bernardus suamque Domum propugnare debuit.
Nam Dñi Canonici metropolitani, et abbatia Mediolacensis ratione decimarum in
Immel-iteratâ vice in armis quietos ceteroquin ascetos nostros suis e juribus turbassent
nisi Bernardi animosâ prudentiâ repulsi, novâ concordiam, salubrius deinceps quietivi,
admittere debuissent.

Post hæc Bernardus a Capitulo generali anno 1430 a Prioratu opportunè et importunè dimitti petiit, et a Visitatoribus, quibus absolutio ejus comissa fuit, absolutus, ad aliam, nescio, quam domum regendam translatus est.

Tandem abjecto omni gubernaculo ad ubera matris suæ Cartusie Colonienſis reversus, anno 1439 8^a Decembris vivere desiit. Testatur id carthe Capitularis sequentis anni ac dicit: Obiit D. Bernardus senior domus Colonia qui fuit prior in octo domibus. Quod unicum hujus carthe testimonium majestuosum pio sermoneusoloum plenamque laudis ejus epitomen adornare posset. Nam se ipsum certe regere novit qui tot^{aliis} filiis utiliter profuit. * non obiit poste: mort de 16 mars
voir A. 5. 247. 2 p. 77.

Non vanum erit hic commemorare hujus temporis virum nostra memoria dignum Cartusie nostræ profectum V. P. D. Hermanum Steingen, excelsi spiritus ascetam. Hic (verbis Bosthii loquor) Vir inquit exat doctrina sanctimoniceque sublimitate egregius, dulcissimum S^{ti} Spiritus organum, pios oblectans, desides excitans, debiles portans. Qui posteaquam diu sibi vixerat, ex sororum ordinatione prelatorum sanctimonialibus domibus S^{te} Anne prope Brugas in Flandria missus vicarius, ipse natione Fecito easdem viginti novem annis laudabilissimè rexit. Ita Bosthiius. Attamen, ante initium vicariatum Brugensem in hæc nostræ Cartusie jam Vicarii munere perspexit fuerat. Quam foris dilectus istis consoribus nostris fuerit, ex hoc facile colliges quod anno 1407 a Capitulo generali privilegium obtinuerint in hæc verba: Priorisse domus S^{te} Anne non sit misericordia et ad consolationem ipsius et ceterarum venerabilium filiarum suarum ordinamus quod D. Hermanus Vicarius earum non possit eis auferri sine licentia Capituli generalis aut Prioris Cartusie.

Perstitit itaque Hermanus in vicariatu (quod genus oneris comitem habet dignitatem presidentia) usque ad 23^m Aprilis anni 1428 quo anno corpore relicto ad Superos adiit. Varios tractatus unum videlicet de regimine monialium, item de oratione dominica, sermones quinquaginta, libros sex sermonum de tempore et sanctis, unum de Immaculata Conceptione, aliisque quam plura ingenii sui monumenta reliquit. Orphana interim S^{ti} Albani Cartusia post Bernardi discessum secunda nunc vice D. Joanni Cover de Sule regimen ultro quidem detulit, sed turbidum omnino

et laboriosum. Nam ista quam patres nostri ad Maris rivulum prope Syrek nupero
Coloniâ duxerant, deficiente anomâ egrè se ibidem tulit: Unde pro incorporatione
Abbatie Nuttilensis haud procul a Syrek distante et a S^{te} Benedicti monachis negli-
genter habita laborare placuit. Cum itaque Petrus Esselweg nove plantationis rectori
ad Curiam romanam ea propter ascendere minus congruum visum fuerit, Joannes Cor-
anno 1432 tam pro obtinendâ dictâ incorporatione quam pro concordia inter ^{Rabanum} ~~Abbanum~~
et Udalricum ob archiepiscopatum Trevirensem collisos reparanda Sacram Curiam
adiit, quamvis infelici primitus successu: Siquidem quorundam Cardinalium arti-
bus custodiae hasit inclusus, usque dum a Capitulo nostro generali purgatus favente
numine optatam incorporationem obtinuit.

Domum vero reversus nil nisi discordias invenit, nam et in nostrâ Trevirensi
et in Confluentinâ Cartusiâ animi de acceptando archiepiscopo, dissidebant in tantum
ut ferventes contentiones non nisi utroque conventuum, divisione restringendae
visae fuerint.

Postmodum quietis amans, anno 1435 rursus exautoratus usque dum V. P.
Joannem Neuenkirchen hujus domus nostrae professum ad Priorem Nuttilensem pro
negotiis domus suae cum fratre Emichone donato Treviros navigantem voraces Mosella
fauces prope Comitum Moachram deglutissent. ^{1437, 20^{avt}.}
anno 1436 ^{1437, post 20^{avt}.} domui Nuttilanae praesedit, cui jam antea, dum adhuc in prioratu Trevi-
rensi moram traxit magnâ charitate semper succurrerat. Verum crebra infirmitates
senectus, sensuumque defectus virum adeo dejecerunt ut turbata ejusdem domus nego-
tia pro velle expedire non potuerit, quapropter in tantam prolapsa est egestatem ut
conventuales eandem in manus Lotharingiae Ducis resignassent nisi suorum conserva-
tor Deus oportuna vulneri medicamina adhibuisset.

Tandem Venerabilis senex laboribus exhaustus obitum suum quasi certum praesa-
gens, vires omnes colligens ad suae professionis matrem S^{te} Albani Cartusiam descendit,
ibique anno 1441 11^o Novembris spiritum superis transcripsit.

Extat de hoc Patre consolatoria Dominici nostri visio, convenerat quippe in vita sua
Dominicum, ut post obitum pro se oraret cui petitioni Dominicus libenter annuit

→ Dans le Monasticon. t. IV. p. 107. Rettel. on dit que le 14 avril 1431 le recteur
de Marienvloer (syndic.) passe avec sa communauté à Rettel.

Comment en 1432 peut-on dire au contraire que Jero Esselweg était encore
recteur de la dite communauté de Sainte Kettel.

Dans A. 5 - 91. 2. p. 2. on dit que Jero Esselweg fut recteur de Rettel (c. a. s.)
Sainte de 1425 à 1431.

ei preces et memoriam in sacrificiis promittens, quousque de statu ejus quid perciperet. Quod et omne fideliter expletum est.

Tandem post aliquod tempus prolaudatus Pater Dominico apparuit dicens: ascende ad me sursum. Ex quo Exstaticus noster satis intellexit confederatum suum in supremis letori sed et ut variae perhibent scriptiunculae, obsessus quidam eum cum Joanne de Monte suffraganeo circa idem tempus defuncto, Beatae Virginis Mariae precibus salvatum factus est.

XVI V. P. D. Hermanus II^{us} de Appeldoorn

Nobilis Clevo Kantensis anno 1408 in patriciorum genere natus, patre Gelmaro, matre Meatlilde, fratrem habuit Suedorum praepositum Zutphaniensem magna cura a parentibus opulentis Ducatus, et ad omnigenam virtutem formatus. Pueritia annos egressus, cum jam tyrocinium in patria posuisset, humanioribus litteris operam daturus venit Coloniam. Ibi praecipua quaedam in eo morum maturitas mentisque probitas eluxit. Nam cum alii sodales lusu se se oblectarent, ipse ad ecclesias visitandas properavit et a Deo ingenii lumen et statum vitae salutarem petiit. Divino itaque tractu vocatus ad Ordinem cartusianum anno 1432 votis solemnibus emissis magno fervore in exercitiis spiritualibus eusteriorisque discipline observantibus se exercuit, ut magnam spem fecerit, se aliquando in virum perfectum evasurum.

Hermanus itaque vix quatuor annis in ordine consistens ob morum suavitatem atque insignem prudentiam cujus fama claustris colonienses contineri nescio Treveris usque evolarat ab hac domo eligitur et expeditur in priorum; homo videtur haud absurde comparandus. Bina enim vice huic domui praepit, et binis quoque vicibus confratres nostri Colonienses eum repetierunt; nostri nostrum cupiebant, colonienses vero amorosa quaedam contentione suum sibi vendicabant. Prima vice vix modicum ultra annum Cartusiae Treverensi praerax; tunc eum Colonienses pro economica rei procuratore anno 1437 repetierunt.

Eodem anno factis cessit vir laude dignus V. P. D. Bertoldus de Mörcka, vir nobilis et flos conventus a Dominico laudatus. Tanta fuit innocentiae eius Prior qui generalem ejus confessionem exceperat, nullo unquam mortali inquinatum testatis

Non ordinario, von A. 5. 242. 2. p. 42.

fuerit. Porro post vota nuncupata tam taciturnus et religiosus effulsit, ut et mœnus Vicarii, et omnes istius temporis Noviti ipsi fuerint commissi quos plus exemplo, quam verbo docuit, ac saepius cum lacrymis perseverare fecit. Tandem divinâ manu tactus sensim in infirmitatem incidit, ac sine quovis dolore, quasi cereus flammâ tarde consumptus, in dies decrevit. Pluribus autem in hac infirmitate, praesertim appropinquante fine, tentationibus vexatus fuit, quas partim annotare non pigebit. Et quidem semel lecto affixus infirmario dixit: Ego vado ad omnes qui in caelis sunt, ad Deum et B. Virginem Mariam et ad singulos sanctos petens unicam scintillam charitatîs, et impetrare non valeo. Cui infirmarius: et quam scintillam petitis, putatisne sine charitate circa octodecim annos in Ordine stitisse? Nolite querere gratiam et consolationem sensibilem ut pueri Noviti; sed state contenti animâ et merite in Dei voluntatem resignatâ. His aliisve ab infirmario suggestis demum quieverit. Post hæc dum aliquando plures conventualium lectulum ejus circumstetissent, oculis apertis ait: Omnes quidem vos audio, sed neminem videre queo, tum infirmarius arcepto aspersorio aquam benedictam undequaque disperxit, sicque fugato tentatore qui obtuturn illius obnubilaverat, rursus intulit: Nunc omnes vos audio et clare cerno. Interducente dein modico tempore, dum magis, magisque viribus deficeret, sub infirmariis quodam die verbum quoddam desperationis ex eo audivit qui acersito confestim infirmario rem intimarit. Hic otius eum corripuit, verbisque vehementioribus eo adduxit, ut deficiente jamjam loquelâ signis redipsentiam manifestaverit. Ecce quatenus antiquus hostis (pergit Dominicus), qui saepedictus infirmarius ipsemet fuerat, deo permittente calumniis etiam electos suos multipliciter in hac vitâ flagellat et purgat, huic bono homini loco dolorum, quos alii in infirmitate patiuntur, dedit hanc tentationem timoris ut in ea purgaretur quia scriptum est: terribi purgabuntur. Non enim habebat aestum febrium nec dolorem alicubi in corpore sensit, sed lente vires consumebantur, eumque exitus ejus protelaretur, dixit se libenter velle mori, si posset.

Tandem in die quâ Dominus B. Petrum a vinculis absolutum, illesum abire fecit eum etiam a carcere carnis quasi illosum, id est sine notabili dolore exire permisit. Post obitum vero suum taliter infirmario in somnis apparuit quod bene de eo

consolatus fuerit, quamvis nec prius de salute ejus diffideret. Hucusque Dominicus
 Que autem causa tot tentationum in hoc viro fuerit, a variis divinatorum invenio,
 quod scilicet proprii consilii interdum atque iudicii fuerit, sicque benignissimus
 Deus ad purgandam hujusmodi mentis proprietatem ei tales turbationes immiserit.
 Exemplum quoque narrat^{ant} quod scilicet quaedam vice sorbitium sumpsit, cumque
 ob debilitatem stomachi cibum retinere non valens sanctissimum Iesu Nomen ad
 singulos haustus pro auxilio invocasset, infirmarius, ut gloriosissimum B. Virg-
 hinarie nomen adderet admonuit quod ille facere omnino recusans non quidem
 verbis contradixit sed in suo facto pertinax persistit. Aliam quoque de eodem Patre
 historiam texit Dominicus quam in eadem infirmitate contigisse perhibet. Cum
 scilicet languens stomacho cibum sumere non potuisset nec retinere, pluribus diebus
 quasi nihil comedit. Accidit aliquando quod mare sorbitiumculam preteret quam
 cum coquinarius iteratis vicibus perfecisset, sub manibus, quo casu nescio, De-
 perit. Igitur tertia vice juvenem pro afferendo alio vino misit qui loco vini ex
 infortunio acetum amarissimum attulit atque ex eo coquinarius novum sorbi-
 tium nescius paravit quod infirmus tamen cum dulcedine sumpsit. Ast dum
 coquinarius in culiniam reversus aut levandae sitis, aut gustandi gratia prout
 ejusdem artis hominibus scire et gustare proprium est, cantharum ori adhibuit,
 acetum acerbissimum sumpsit, ac cito rediens ad infirmum veniam petit quinul-
 lum se acetum gustasse, sed bonum sorbitium de dono Dei habuisse perhibuit: tum
 e contra coquus impossibile dixit, si tertiam tantum partem istius aceti adhibuisset
 a quoquam hominum commedi potuisse. Sic tandem post diuturnam infirmi-
 tatem multasque tentationes vir pius anno ut putatur 1437⁷ prima Augusti
 e corpore exiit cuius sicut et matris ejus Beatrix a Becka laudabilis memoria in
 libro benefactorum nostrorum invenitur.

XVII.^{us} V. P. D. Petrus III dictus Eselweg

Vel ut aliis placet Esesweg^{weg}, patria Mogonus, cartusie Trevirensis per profes-
 sionem filius, tam celebrata vir virtutis, ut quaedam antiquorum Patrum nostrorum
 scripturae virum beatum predicare non vereatur^{antur}. Dominicus insuper, cuius in

* voir A 5-242 d. p. 47. où il est déclaré décidé le 9 avril 1942

novitiatus magister fuerat, talia de eo narrat lib I de Exer. narrat. 32 pag. 39:
Homo, inquit, mitis et affabilis in sermone, devotus, corpore virgo, qui tantam gratiam a Deo acceperat ut per integras duodecim lectionum matutinas sine alicujus versus, vel verbi distractione, attentus quandoque ad singula steterit, sanctos angelos in sphaera ignea corporeis oculis viderit, et genera musicorum varia, dum in divinis esset, audierit. Idem alio loco narrat, virginalis epus corporis integritatem gratia B. V. Marice fuisse conservatam. Pater beatus hic primo Cartusiae Friburgensi, Dein Ruttilanae ac demum nostra Frieriensi summam cum laude profuit. Haec tamen laus pedissequas semper habuit tribulationes quarum non minima fuit turbulenta inter Babanum et Udabicum belligeratio, ob quam anno 1438 Conventus denuo, testante cartha capitulari dividendus timebatur.

Eodem anno Cartusia Ruttilensis 1615 florenorum debito nobis obnoxia pro aliqua li mitigatione patribus nostris supplicavit. Nostri vero suam in confratres dilectionem eorum petitione majorem esse cupientes, totum generose debitum remis erunt exemplo vix reciproco. Haec tamen posuere conditiones, sub moderno Gallorum regimine nec obolo valituras: quod si dicta domus ab ipsis desereretur et ad alios, alterius instituti deveniret, tunc ipsum monasterium vel tunc intrantes tenebuntur praedictam summam refundere, eo quod in utilitatem personarum non monasterii sit exposita. 2^o reddentur nobis ornamenta et utensilia a nobis ipsis collata et 3^o si aliquando ab Ordine imponeretur taxa provinciae in subsidium domus Ruttilanae tunc nullo modo vellent aliquibus a nobis accipere.

Mirum, dum nostri aliis benefaciunt, ipsimet patientur. Nam pestilentia plurimorum populorum devoratrix et tertiae partis hominum ut quidam volunt depopulatrix anno sequenti 1439 aeternum nostrum perbactata, piissimum Patrem Petrum Priorem 26^a Maii cum aliis octo successive venenato calcaneo protulit. Horum aliquos hic quoque commorasse non iniquum erit. Primus D. Joannes ab Eicht nobilis canonicus rejectis saeculi lenociniis, animum sanioribus applicans, ad eremum St-Albani tum temporis nobilibus religiosissimisque viris floridissimam confugit. At dum viam salutis passu impigro calcare coepit, dira lues amandissimo juveni

obiciem posuit, eumque in tyrocinio lecto confixit. Tantâ autem compunctio respectu
 concessit ut quidam ejus contemporaneus qui quondam quâdam caro pluri-
 exitui astiterat, nunquam similem se vivisse prohibuerit. Locusque penitudo ejus
 exereverat ut dñorem rogârit quatenus peccata sibi confessa omnibus propalare
 vellet, ut eo minus coram giudice supremo confundi haberet. Cum vero dira prestis eum
 è viris turbasset, quendam fratrum de statu ejus animæ sollicitum in visione ut
 pro se oraret, rogavit. Alium itidem statim illius nosse cupientem corripuit dicens,
 presumptuosum esse, scire velle statum defunctorum, cum quis facillime per ejus-
 modi aparitiones supernaturales in demeritiam devenire posset. Dominicus in
 cathalogo defunctorum obitum ejusdem hæc narrat: "Canonicus Joannes no-
 vitus tanta contritione et cognitione obiit ut a quibusdam novus sanctus voca-
 retur. Excessit die 15^a Junii anno 1439

Post hunc D. Joannes ex nobilissima et antiquâ de Soeteren prosapia
 oriundus, ecclesie quondam metropolitanae ^{canonicus. Hic quanto in seculi pompæ effulsit et orator.} effulsit præclarior, tanto in sancti
 Albani solitudine extitit devotior. Tam ardenti amore erga beatissimam Virginem
 flagravat ut ejusdem rosarium exsolvens nunquam a larymnis abstinere visus sit.
 Tandem ob eminentem virtutem et dexteritatem procuratura economica noviter depu-
 tatus 22^a Augusti eodem anno pesti succubuit.

Tertius eandem fatalem habuit Heinricus vir itidem nobilis et testator Domi-
 nicus et virtuosus cartusie Trerice filius. Hic dum hunc pestiferam in terra
 Favirensi in dies magis invalere advertit per licentiam superiorum solum mu-
 tare cogitavit. At quod contagio pestilens ubique seriret admonitus, remansit. Post
 hæc velociter infirmitatem gutturis que rancidinem incurrit, catharro cum peste
 fauces occupante. Cum ergo phlegmate obstructus libere anhelitum trahere non posset
 sonitumque vocis gravem quem musici basso vocitant excitaret, infirmarius
 sub eodem tecto manens audivit angelos basso discantum miscentes. Ex quo
^{auditu} Heinricus cognovit angelos Deumque letari in infirmitatibus patienter
 toleratis, resignata dein mente 30^a Octobris mortem letus excepit.

Traxit eadem lues D. Tibmanum de Segen de quo Dominicus: P. Tibmanus de Segen Deo ejusque Genitrici atque Sanctis devotus cujus occasione et studio reliquiae in domum S^t. Albani venerunt. De his impresentiarum mentionem facere libet.

Habuit quondam Carolus Mo. sororem Effeciam nomine, sanctissima vite Virginitatem quae Luxemburgum inter et Mettiam habitans Soli Deo vixit. Haec a Leone Mo. plurimas Sanctorum reliquias obtinuit, easque in abbatia Nuttilensi venerandas Deposuit. Post quoddam tempus ejusdem loci Abbas fratri suo in Ventingen prope Luxemburgum prioratum gerenti magnam pro istius pagi Ecclesia earum partem transcripsit. Ceterum dum propter bella fratres istius prioratus de fuga sibi prospexerunt. Prior dictas reliquias sub quodam altari diligenter abscondit. Succedente tempore eadem villa toties vastata fuit, ut vix parochus quidam subsistere potuerit, sanctorumque reliquiarum memoria omnino perierit; Verumtamen anno 1431 virgo quaedam peste tacta, mortem metuens ad gloriosissima Virginis thaumaturgam opem confugit, cui abater misericordia apprensus, ut in Ventingen properaret, atque sanctorum reliquias ibidem in Ecclesia absconditas veneraretur, persuasit. Puella nil habitans interdum illuc profecta coereum cum devotionis obsequio Deposuit atque loci praebiterum, hominem quidem simplicem sed sanctum rei commouit. Illic verbis vix fidem adhibens tandem quesivit, atque dum aram dissolvere cepit, in imo ejusdem capsam cum odoriferis pretiosissimisque reliquiis, annulis, gemmis, margaritis aliisque pretiosis reperit. Hic itaque pius sacerdos tantum thesaurum in suo sacello feri desolato pro meritis honorari non posse ratus, eisdem, parte de quaris sua Ecclesia reserata Distribuit. Tum nobis quaedam capita, inter quae unum de undecim millibus cum aliis quam plurimis particulis donavit, venerandasque transcripsit.

His nunc missis, ~~ad~~ unde digressi sumus, redeamus; conventus igitur praestribrato 2^{to} vice praesens cepit V. P. Hermannus de Appeldorn post prioratum 5 mensibus vacuum, ex procuratura Coloniensi anno 1439 circa omnium Sanctorum solemnia accersitus, ab Henrico Carnefeldio Cartusie Coloniensis chronologo in vita B. Nicolai Albergati pag. 104 hisce laudatus: Fuit summae innocentiae et virtutum omnium praclaris dotibus egregie ornatus.

Sub secundo hoc ejus regimine orta est illa cum donatis nostris conventio, vi cuius si fideles et diligentes se prestantent, pro eis post obitum sicut pro monachis et conversis plenus cum psalterio monachatus persolveretur.

Porro Hermannus exigentibus meritis anno 1444 Convisitator provincie salutatus, Cartusiam nostram solerter dexterèque 18 annis administravit. Tunc confratres nostri Aggipinenses suum sibi repetentes et Priorem eligentes pro dolo nobis ablatore, quem nostri mille votis et lacryonis persecuti sunt. Anno vero 1458 R. P. Generalis provinciam Visitatoris primarii ipsi delegavit. Dominicus quoque subdit eum bis vel ter in Abbatem apud Benedictinos electum, noluisse unquam prebere consensum. Nec unquam honore elatus, nec onere depressus, pro quantum artifex! cuiquam vidus est usque ad solertis vite coronam quam anno 1472 Confluentia in actu Visitatoris invenit, ubi et corpusculum spiritu vacuum quiescit.

XVIII Joannes V Hüttenus seu von dem Hütten appellatus, hujus Cartusie professor, ante susceptum Ordinem Cartusiensem in Premonstratensi Prioris munere functus. Anno 1450 Sacrista, anno 1457 circa festum beatisime Virginis in Celos assumptæ ex Vicario Prior electus, vir valde devotus, non modicam cum vigilantia remos regiminis duxit usque ad 29^m Septembris anni 1459 quo pestis vorax in Speleæ S^ci Albani denuo irruens gravissimum Patrem cum quinque aliis fore uno eodemque mense immaniter stravit. Inconium ejus Dominicus his verbis abbreviat et ait: Sicut bene vixit, ita sanctè obiit. Dum supra laudatus Joannes regimen in nostra domo cepisset, aliis nobis non pretermittendus in Cartusia Nuttilana illud Deposuit.

V. P. D. Joannes Plunsch hujus domus nostre professor, homo subtilis qui in saeculo jurium peritus, notarii publici munere functus insignem habuit experientiam qua propter pro negotiis domus Nuttilensis Romam ad Calistum Pontificem missus, et in reditu in Curia romana suprafate Nuttilensi Cartusie Prior prepositus fuit. Ast, quod dolendum, modicam tantum tempore supervivis usque ad 19^m Decembris anni 1457. (vixit 1456 cum non obit est danda carta de 1457.)

XIX. V. P. Henricus de Piro

Patria et professione Coloniensis, utriusque juris doctor, canonicus et scolasticus ad Sanctum Paulum Leodii, nec tamen anno 1415 in Consilio Constantiensi procurator et referendarius executionem contra Joannem Hus petiit ut aliqui hallucinantur, cum is alius Henricus de Piro fuerit S. D. canonicus S^{ti} Pauli Leodiensis et Prepositus S^{ti} Amiberti Colonia Henrici nostri consanguineus qui obiit anno 1439 et Tricenarium per totum Cartusianensem Ordinem obtinuit. Loerius quoque Cartusie Coloniensis historicus in epistola dedicatoria ad universitatem Trevirensis Dionisio Cartusiano in thronum 3^o Sententiarum prefixa hac ait: Ita enim vestrum gymnasium non ita multos jactet annorum numeros, quippe quod Nicolaus ejus nominis V^o Summus Pontifex prior et instituerit et privilegiis ornarit, quo tempore Henricus de Piro Agrippinensis, inter suae aetatis juris peritos facile princeps ex Agrippina isthuc asitus, legum canonumque in nascente gymnasio auspiciatus est traditiones primus. Et re feliciter succedente cum annis non paucis illam isthuc provinciam tenuisset ad suam Agrippinam rediens fessus laborum, seculique pertesus, Cartusianus apud nos monachus factus reliquum vitae in sancta conversatione peregit. Haec Loerius cui astipulatur Broverus. At nemo unquam mihi persuadet Henricum nostrum Treviris docuisse, cum error palpabilis sit. Nam juxta Chronicon Cartusie Coloniensis, Henricus de Piro anno 1436, 14^o Maii professionem fecit. Anno 1437 institutus in Vicarium Coloniensis Domus. Anno 1438 electus a Conventu Domus Montis S^{ti} Andreae prope Tornacum in Priorem.

Cujus rei veritatem propugnant litterae obedientiales Visitatorum provinciae Sicardiae propinquioris datae sub die 12^a Septembris anni 1438 in quibus Henricus ad dictam Tornacensem Cartusiam mittitur et confirmatur.

Nunc vero academia Trevirensis secundum litteras foundationis ejusdem anno 1454 datae, sua primum incunabula eodem anno posuit, sique error 19 annorum inter conversionem Henrici et doctionem ejusdem Treviris intercurrit. Quae de causa, si supra citatis authoribus hac vice non accedo, nemo mihi imputabit. Praeterea tamen insignis doctrinae virtutisque fuit Henricus noster qui primum Vicarius

Coloniae dein Prior domibus Montis S^ti Andree prope Tornacum, Diestensi, Leodiensi, Wehaliensi, Buttilanæ ac demum Trevirensi summa cum laude preluavit. Et quidem anno 1459, altera post festum S^ti Martini hic installatus, domum nostram pie sanctæque rexit, usque ad annum 1463 quo ob lenium crebrasque infirmitates diu concupitam dimissionem ab onere prioratus obtinuit et ad ubera matris sue Cartusie Coloniensis rediit, in cujus sinu, dum reliquum vitæ in sancta conversatione consumpsisset anno 1473 die 19^a Februarii spiritum placidus exhalavit. Spiritum inquam maximis partem negotiis, plurimumque voluminum parentem: Inter quæ varia ad laudem et defensionem B. V. Mariæ, quam semper et ore et calamo propugnavit, eminent. Præterea etiam Tractatus exercitii de quatuor novissimis, libri quatuor de institutis, liber unus ad novitios, liber unus consiliorum in diversis casibus, liber unus sermonum de tempore, liber unus sermonum de sanctis, omnes subtilissimi ingenii partus Henricum genitorem proclamant fecundissimum. Cecidit quoque sub modo fati Patris piissimo regimine flos Cartusie nostræ, Subtilissimus ille asceta atque extaticus V. P. Dominicus de Prussia cujus vitæ, quia per ipsummet ex obedientiâ fusius descripta habetur, epitomen tantum hic adjicere consultum ceo.

Hic in Borussia, quam Solonicam nominant, plebeiis quidem, sed honestis parentibus natus, post obitum patris a matre cuidam Venerabili seni ex familia Divi Domini traditus, haud contemnenda bonæ indolis capacisque ingenii specimina dedit. Interea puer senex puellum primis litterarum rudimentis imbuat, legere, scribere et officium Marianum recitare edocuit. Inter cetera solenne habuit puerulus Ecclesiam transeundo Beatissimam Virginem Mariam ediomate germanico salutaris in hunc modum: Sancta Maria adjuva me ut bene discam et Dominus et Sacerdos fiat. Eodem labente tempore voto continentie Beatissimæ Virgini sese obstrinxit quod tamen accrescente ætate ut ipsemet propriis verbis plangit, cheu! minime servavit. Comperta dein adolescentuli docilitate, eum mater misis humanioribus lactandum tradidit, ex quarum exuberantia tantam, tamque velociter hausit doctrinam ut magistro haud cesserit. Vale itaque humanioribus factis in universitate Præcoriensi ad altiores cathedras aspiravit. At, pro dolor! quæ lubricæ juventutis deploranda inconstantia est, ibi pessimi

furfuris sociorum contuberniis junctus seculi praecipitibus pedes inferre atque in peccata caecus ruere coepit. Tbi laxatis omni petulantiae habenis inter complices facile nequior evasit. Ipsimet ejus commilitones adolescentis optimaē ceteraquin indolis vesaniam saepius demirantes dicebant, si vinum et mulieres Dominicum non destituerent, optimus suo tempore clericus foret. At Dominicus mundo ebrius per terras vagari, cum Judaeis (quam hominum foecem terra solonica plurimam tolerat) cumque christianis tavillis ludere, computare et omnis generis petulantias exercere non perhorruit. Si quando in civitate pedagogi aut notarii mercedem collegerat, eadem statim ad lusum albarum saltabat, usque dum in manibus collisorum, fallente fortuna, quiesceret. Inde in lamentabilem subinde pauperiem dejectus, a civitate in civitatem, nullibi tamen cum subariori fortuna, vagabatur. Inter haec tamen semper propositum praestanda aliquando emendationis animo insederat.

Cum 21^m aetatis annum agit, nescio, quo spiritu motus albo Cartusienſi Prage ad viam postulat. Verum spiritualibus illius Cartusiae patribus rigorem Ordinis expa-
-nentibus, sociisque dissuadentibus victas manus porrigit, et acceptata repulsa ad vomitum, imo ad deteriora revertitur. Circa annum 23^m necromantia studeat ac diabolicae hujus artis librum acquirit, in quo, praeter reliquas deceptiones ad majorem obedientiam a daemone extorquendam, sanctissima Sacramenta Confessionis et Eucharistiae prescripta fuerant. His accessit palpabilis vagabundi nostri animi caecitas, quippe qui ex acquisitis ex pessima hac arte divitiis pauperibus succurrere statuerat. Nec mora, prodigus noster Sathanam cordisque caecitate deducentibus, ad tribunal confessionale accedit, indeque rediens in cancellis ecclesiae, ante aliquod altare quaedam lacrymulas, sed heu! ex quo fonte? protrudere nititur. Haec dum agit, accedit ad ipsum honesta quaedam matrona ac vestibulo tractum erectumque hujusmodi alloquitur: Dilecte fili! obsecro ut mihi des unum denarium propter Deum, quem cuiquam egero, quem infirmitas lectulo hospitalis affiuit porrigam: ego autem promitto tibi quod Deus te ab omni angustia liberabit. Obstupescit vehementer juvenis tam honestam Dominam splendide decenterque ornatam rem a se tam vilem postulare. Atamen verecundia virtus totum, quod crumenula noverat in elegantissima Domina manus quasi in gazophylacium

mittit nummum scilicet argenteum vicecesis Nisensis in Silesia usualem: quo suscepto Domina amoroso vultu gratias reddens discedit. Nec tamen ista vice mysticum quidquam (ut ipsemet narret) secum fuisse factum suspicabatur, sicut postea in Ordine Cartusienso positus factum fuisse deprehendit. Interea Dominicus in sua cecitate usque ad annum ætatis 25^m obrium quodque calcare solum perrexit. Tum Treviros cum sociis devenienti lux divinæ gratiæ tandem infulsit, tetrasque cordis tenebras discussit. Hi vagationum turpiumque rerum usque ad nauseam satur, in suburbanis civitatibus aliquandiu helleatus, ad ordinem cartusiensem seris aspiravit. Igitur ad S^te Albani eremum festinans in via Deum rogavit, ut coepta adjuvare, et a sociis, ne venus remora sibi essent, occultare dignaretur. Paucis interpositis diebus, quamvis adrena et misere, voti compos ad probationem susceptus est. Prior autem, ut per generalem omnium peccatorum confessionem purgaretur ad quemdam senem et filium patrem ex Ordine Carmelitarum misit. Huic quaecumque Dominicus cordis arcana divulgavit ita ut sanctus ille Pater amare plorans dixerit: fili mi. optarem me nunquam confessionem tuam audissem. Adolescens, cum vidisset præssimi senis oculos in lacrymas liquescere, divinitus tactus intra se dixit: Ecce alius plorat facinora tua, num carnis es, quod ipsemet peccata tua plangere nescis? His in corde suo ruminatis, Deus bonitate ineffabili aperuit in eo fontem lacrymarum, ita ut concussus timore mox in lacrymas resolutus, plorans, ejulans, atque a Confessario divertens, in sensibili contritione scelerumque suorum agnitione ferè per horam prostratus sine ullo verbo solo inhaserit. Post horam reversus Confessarius multum plangentem, injuncta 10 psalteriorum penitentia, totaliter absolvit, atque Priori Cartusie ut habitum donaretur pro ipso supplex fuit.

Habitu dein Ordinis amictus a demone, odio præsertim in Superiores plurimum tentatus, viriliter queisumque armis spiritualibus repugnavit. Post vero nuncupata professionis religiosæ vota Deum supplex rogavit, cu æter Augustinus: hic ure, hic seca dummodo in æternum parcas. Saepius, ut purgatorium sibi in hac vitæ infligeretur rogavit, quod et factum in ipsius experientiarum libris cum stupore legimus. Que et quanta a demonibus saepissime perpressus fuerit, et scribere et judicare se videtur

Digitus animusque contremiscit. Decem et ultra annis sub hujusmodi tormentis supernaturalibus, praesertim vero desperationis tentationibus exercitatus, varios interdum languores incurrit, a quibus tamen persaepe divinitus curatus fuisse legitur.

Postea dum per bonitatem serenissimae Lotharingorum Ducissae Margarethae, excellentis pietatis femina (ut supra jam retuli) nova plantatio ad Maricivuli fluenta prope Sircium germinare coepit, Dominicus cum Adolpho de Tindia primo ejusdem loci rectore anno 1415 novellae culturae vicarias manus adhibuit usque ad annum 1421. Tum Treveros revocatus quinquennio vix persistens de novo ad novellam aliam plantationem in Dacia erigendam a quodam Priore ex Capitulo generali remeante, cum dicti Capituli licentia per Mosellae Rhemique anfractus Aggripinam usque abripitur. Verum ibi Reverendissimus D. Otto a Ligenheim Archiepiscopus cum aliis imperii praecibus pro negotiis Imperatoris forte consistens, Dominicum cui tanquam David Jonathan conglutinatus fuerat, sua auctoritate retentum Treveros secum reduxit: ubi alias saepissime de spiritualibus conferre consueverant.

Erant certe altissimus D. Archiepiscopus vir sanctus, spirituali gratia abundans et demonum, quos ex obsessis corporibus fugare solebat, terror intolerabilis. Hic tanto amore Dominico nostro adhesit ut singulis fere hebdomadibus ipsum ad Cartusiam visitatum venerit. Semel Dominicum qui paupertatis cultor eximius fuit, in resarciendis antiquis S. S. pedulibus occupatum invenit, nec mora, acum, filum et parvum panni lumbum apprehendit et dixit: et ego consuendi artem novi, sicque refecit, refectumque pedulum reddidit. Pro! quanto viri principis humilitas, monachos delicatos suo tempore rubore confundet? Consueverat idem Imminentissimus princeps quotannis feria 7^a Cenae dominicae in loco Cartusiae Treverensis Capitulari duodecim viris egenis pedes lavare, lotosque larga elemosyna donare: unde morem famelicos illos, quos Apostolos vocant, intra praenotatae hebdomadae dies ingurgitandi ac stipe consueta donandi nostrae non solum Cartusiae sed et aliis monasteriis hodieum invalescere credo. His tamen missis, cum Dominicus suam affectionem erga Archiepiscopum excedere timeret, quadam die revertentem genibus in terram minor rogavit his verbis: Obsecro Reverendissime Domine! ne ultra me visitare velitis, aut enim vos aut Deum dimittere cogor: cui Archiepiscopus tristis reposuit: Dimittite me, aut saltem una mihi vice quovis

News n = 5.

1426. ... Colophon ...

anno vos visitare liceat, quo condito Archiepiscopus imposterum aegre admodum a Domini conversatione abstinuit.

Dominicus post hæc in Cartusia Moguntinâ per biennium novellâs tyrones ad normam Ordinis formavit. Demum Favros reverens officium infirmariæ maximâ cum charitate, præsertim scierente truculentissima peste, præegit. Vicarii dein munere fungi jussus, illud per decennium fideliter adimplevit. Sæpius quidem propter paralysin aliasque infirmitates ab hoc onere dimitti petiit, nec obtinuit unde semel dum lecto confixus præ dolore se movere non posset nec partes sui muneris implere, et Prior ad visitandas alias provincie domos profectus fuisset, summopere indoluit, quod sua præstare nequiveret: Dum hæc tristi animo aliquandiu ruminasset supernaturali sopore pressus vidit juvenem ad se introeuntem cum scutella bonis piscibus repleta. Interrogavit juvenem quis pisces hosce sibi mitteret, respondit juvenis: Vicarius tibi mittit, tuum Dominicus: Et quis est modo Vicarius? Juvenis ait: Domina mea: queis dictis exaudivit ac Dominicus ex sopore ad se reversus Beatissimam Virginem sibi adjutricem fore intellexit. Invalente postea infirmitate et senio confectus, quippe qui 76 ætatis et circiter 51 professionis religiose annos habebat spiritum apocalipticum ad superiores, quibus assuetus erat anno 1460, 19^{to} X^{bris} transmisit. Plura sui ingenii monumenta omni devotione præsertim erga beatissimam Cœli Reginam, plena reliquit, que hic enumerare placeat.

1^o Duos libros experientiarum: sic vocatos, quia in iis omnem vitam suam, revelationes, visiones, extases et raptus obedientiæ coactus sub tertia tamen F. Roberti persona descripsit.

2^o Coronam B. V. Mariae.

3^o Sonus epulantis, quia sub prævidio illum composuit.

4^o Tractatus de contemptu mundi

5^o De vera obedientiâ

6^o Remedium gravissimarum tentationum.

7^o Exercitium sedula meditationis

8^o De pallio B. Virginis conficiendo.

à l'origine avant 1439

10 ans en suite

1460 - 75 = 1384

75 dans le 1^{er} ou 2^e cas

- 9^o De educatione pueri Jesu in cella
- 10^o Epistola de exercitio exercitiorum ad quendam monachum Confluentinum.
- 11^o Epistola contra metum pestiferæ contagionis
- 12^o De verecundia.
- 13^o De exercitio dominica passionis.
- 14^o De aula B. Virginis construenda.
- 15^o De fructuoso missarum celebrandarum modo.
- 16^o Rhythmus: Homo Dei creatura
- 17^o Canticum: Te cæli Reginam laudamus.

Plurima quoque exempla tam de extraneis, quam de nostris, suis libris inseruit, de quibus duo, quia locum aptiorem ob nomina personarum suppressa eis assignare non valeo hic referam.

1^oum reperit in Corona B^{te} Virginis fol. 115. Monachus quidam haud diu ante Domini tempora Cartusie nostræ professus, maligno tentante spiritu retro respicere et tandem in conceptam animo apostasiam consentire cepit. Cum igitur quadam die in cella perambularet, intra se dixit, si sumptus necessarios pro itinere, vestitu et reliquis haberem, protinus abirem: et ecce post modicum casu fortuito circa fornacis orificium 74 florenos panniculo involutos invenit. Abstupuit primum, ac dein stygii impostoris artem suamque cæcitatem agnoscens, tremebundus agnoscens acceptam pecuniam ad Priorem detulit, reque omni ex ordine narratâ et Confessione sacramentali peracta ab hac tentatione liber evasit. Prior vero pessimum tentatorem ludificare volens pro dicta pecunia quam in carbonam mittere noluit pisces coemit et in vivarium consuetum misit ut Conventui hilariorum non nihil exinde portionem præberet. At veterator pessimus hujus confusionis impatiens suam sibi pecuniam vindicavit. Postera enim die Priori veniens et aquam vivarii et pisces evanuisse deprehendit ut vivarium arefectum nec ullius piscis vestigium invenerit.

Aliud eodem historicus narrat in eadem coronâ B. V. fol. 160. Fuerat quippe ejus^o scriptoris tempore honesta quædam Domina in civitate Trevirensi Ordini nostro affiliata que omnia sua nostra Cartusie ante obitum legaverat propter Deum, ne in

manus cognate suae discolite viventes devenissent. Verum post ejusdem Dominae obitum, quia nihil in scriptis exhibere potuimus, consanguinea suprafacta, ut proxima haeres, bona cognate suae sibi vindicavit, omnia diripuit.

Famulus vero defunctae Dominae etiam pro se aliquid de hereditate acquirere volens duas litteras sigillatas clam abstulit inque alia quadam domo occultavit. Tunc aliquoties in cubiculo ubi absconditae litterae fuerant ingens strepitus atque terribilis tumultus insonuit. Domestici accurrentes ut quod ibi contingeret, indagarent, nihil uspiam viderunt. Tandem famulus de sublatis absconditisque litteris male sibi conscius easdem ad fratrem quemdam sacerdotem detulit, quidque rei contigisset ex Ordine narrauit. Sacerdos litteras aperuit, legit, citoque famulo reddidit ac dixit: Cito vade ad Cartusiam, atque istis Patribus has litteras defer, quia litterae participationis seu fraternitatis sunt, quam Domina vestra habet cum illis, ideoque anima defunctae eorum suffragiis indiget, quibus hucusque propter litteras absconditas defraudata est. His auditis famulus cum festinatione litteras ad Priorem detulit atque veniam petens quid gestum fuisset, narrauit. Nobis igitur consueta suffragia pro sorore sua persoluerunt, nec unquam amplius talis strepitus in illa domo auditus est. Certe et mortui in exigendis debitis rigorosi sunt. Haec igitur sufficiant de sepe laudato Dominico, sed et paululum de contemporaneo ejus Joanne Fanchelio dicamus. Hic Cartusia Treverensis professus aliquandiu devotè ac religiosè et in officio procuratoris diligenter laudabiliterque vixit. Postea cum devota quadam virgine familiaritatem contraxit, tamque scriptis et verbis ad omnem devotionem et profectum spirituales erudire conatus est. Dominicus verò noster aliquando in sopore nocturno vidit confratrem suum Joannem quasi in profundo quodam et obscuro loco inter alios, quas tamen agnoscere pro tenebris non potuit, sedentem, ac cum clamore magno turpia et imprudica verba eructantem. Dominicus ad se reversus, de lapsu ejusdem timere cepit, cumque fraternè admonuit, ut salutè suae consulere, qui ex narrata visione quidem territus, miserimo tamen tremendoque casu corruit. Cum enim aliquando in civitate cum ista virgine alio devotissima diutius in seram noctem sermones protraheret, ambo tentatione prevalente turpiter, ceciderunt. Tunc devotissima

Lotharingia Ducina Margaretha que Virginem illam ob devotionem plurimum dilexerat, amorum lapsum amarissimis lacrymis deploravit, atque puellam in quodam monialium claustris pro agenda poenitentia collocavit.

Joannes vero in Bohemiam fugit ubi inter Heremitas latitans litteras fictas de se ad Priorem suum misit quibus se mortuum sub ~~alio~~ alio nomine persuadere voluit, ne nostri in posterum ipsum inquirerent aut persequerentur. Dominicus interim aures divinae misericordiae quotidie pulsans, tandem consolatoria visione qua eundem ad Ordinem reversum in candidissimo habitu vidit, recreatus est, et Joannes post 20 annorum fugam in Cartusia Seiziensi in Austria ad meliorem frugem rediit, ac postea Treveros reversus insignis poenitentiae specimina dedit. Praesertim vero Matrem misericordiae quotidianis rosariis sibi reconciliavit, quae benignissimo favore in gratiam receptum jam praesentate caecum a calculi acerbissimis doloribus miraculose curavit atque omnino liberavit. Obiit post multam poenitentiam multasque lacrymas 31^a Augusti, anno 1463 sanioribus nunquam consiliis usus quam post insaniam. Longius non nihil digressi ad Prioratum Treverensem redeamus.

XX. Oves S^{ti} Albani non modica cum fidelitate parvit

V. P. D. Stephanus Noir ejusdem S^{ti} Albani per vota solemnia filius, qui quamvis ex rigida frigidaque Efflia terra scilicet monasterio Effliae natales traxerit, moribus tamen et prudentia adeo cultas effloruit, ut Procurator et dein Prioratus munia non sine laude et utilitate quadriennio obierit. Quo-
emense dum pro negotiis domus expediendis anno 1467 Confluentia degeret mortem ibidem 13^a Augusti hospitam nimis crudelem, inque Prioratu Treverensi successorem habuit

XXI V. P. D. Joannem II Grassenbach de Greismaria dictum qui ante positum in Cartusia Treverensi, tyrocinium rector cujusdam scholae in Hassia fuisse fertur. Dum vero amandata disciplina scholastica, asceticam sedulo strenueque coluisset, laudabili conversatione brevi enituit, atque nostrae Cartusiae vi-
-tute canonice electionis anno 1467 circa Exaltationem S^{ae} Crucis praefectus est. In hoc munere constitutus historicis nostris superfluum laudandi materiam subministravit.

Inter ceteros *Tilmanus de Sarberig* illo tempore *Procurator* huc illum deprecatur
D. *Joannes De Geismaria* qui longo tempore fuit *Prior* *S^{ti} Albi* ami devotus et exemplaris
existens, magnum nomen per totam terram habens, tam a principibus quam secularibus
nec non canonicis majoris *Eccl^{ie}* quam a consularibus et civibus in reverentia habitus.
Qui tempore *Tridoratus* sui scilicet ab anno 1467 usque ad annum 1497 nunquam
pransus fuit in civitate cum aliquo dominorum vel civium licet sepius invitatus semper
tamen recusavit. In matutinis semper existens nisi maxima infirmitas prohiberet: prout
verum dicere quod eo tempore nunquam absens fuit ab eisdem ob presentiam hospitium
aut aliam causam licet semper debilis fuerit. Hucusque *Tilmanus*. Sed et *Bernardus*
Berwinus domus nostrae olim *Vicarius* fusiori calamo eundem describit et ait: *Venerabilis*
et pius pater *Joannes de Geis maria* prior praesedit: usque ad 30^m annum laudabiliter et
exemplariter. Sibi abstinentiis et castigationibus austerus, aliis pius, maxime pauperibus.
Cum esset celeberrime fama rarissime domo exiit. Nam inter praecipuos *Archiepiscopatus*
sui viros fama, virtute religiositate praestantes (quorum duo alii fuerunt *Abbas S^{ti}*
Martini et *Sater* regularium in *Insula* prope *Confluentinam*) nominatus a *Ordinimo*
Archiepiscopo Treverensi numerabatur. Inde est quod vitabat curias principum et priva-
torum, cum tamen amabilis maxime *Archiepiscopis Treverensi* et *Coloniensi* existeret.
penè nunquam cum aliquo in civitate comedit omni suae praesidentiae tempore, nec
cum *Abbatibus* nisi presentibus *Visitatoribus*. In hospites largus ac permagnificus
fuisse describitur. Aurissimè ad portam cum famina sive *Abbatissa*, sive alia quacumque
locutus traditur. Circa ordinis ac domus consuetudines tenacissimus fuit. Praeterea hic
pater semper infirmus ac debilis vix tamen chorum nocte aut die dimisisse legitur.
Ter in vita sua extremae unctionis sacramento munitus est. Cura habuit tumefacta
per annum integrum ante mortem, prae suffocatione gutturis saepe transus, ita ut
 dormire nequiret aut auderet, penè nullum dentem retinuit, quos vero retinuit magis
 fuerunt impedimento masticationi quam adjuvantia. Cum laryngis solitus manducare
 tum propter carentiam dentium, tum propter dolorem viscerum post cibos sumptos secutum,
 sorbitiunculas solum, cum durum quid sumere non posset, sine omni condimento
 sumebat. Tribus circiter mensibus ante mortem infirmitate coactus chorum frequentare

non potuit. Sic itaque longo languore ac miserabili infirmitate a prima hora noctis usque ad primam diei agoniam sine loquela sustinuit, tandem in Dño feliciter obdormivit. Post mortem ad cadaveri eum corpus ejus multe virtutes exierunt, gratia quoque devotionis sicut ipse eam exercuit, a divino Numine ea plerumque donatus, ita et aliis communicata est. Per omnem suam infirmitatem incessanter hæc protulit: O bone Dñe miserere mei! obiit anno 1497 penultima Februarii. Hæc Berwinus, quibus adjungere libet quod eximius litterarum amator fuit, unde conservatoribus privilegiorum tum neonatae Universitatis Trevirensis pro se et successoribus suis annumeratus fuit. Plurima his addi possent nisi calami insufficientia prohiberent. Pro summa nihilominus encomiorum ejus dicere non vereor eum in spiritualibus sublimissimum, in litteris subtilissimum, in œconomis patrem omnimodo utilissimum floruisse.

Nec minus florere modo laudati patris tempore filii cartusie Trevirensis eximii. Lambertus de Unna Belgogelder S^{te} Albani filius, sanctissimo Jesu nomini devotissimus in cujus amore et contemplatione interdum ita obdormuit ut nil aliud omnino persenserit. Cartusie Buttibensis aliquandiu Vicarius ac demum Treviridis Novitiorum magister 2^o Martii anno 1477 ad superna avolarit.

Paulus Molinardail magnus in saeculo quippe qui jurium doctor, plebanus in Creuzenach et Sacerdos in Flanheim relictis omnibus ad cartusiam Trevirensensem confugit ubi professionis vinculo innodatus brevi emicuit, et ad Prioratum Confluentinum pertractus est in quo 30^o Aprilis anno 1487 ad superos abiit. Ex hujus donatione Bibliotheca nostra quam pluribus libris aucta fuit.

Joannes Tinctoris de Novo Castro vota solemnia in hac domo nostra edidit, ac duxcepit procuraturam œconomicam exercuit. Dein ad praefecturam Buttilanam evocatus magnam de se spem toti Ordini exhibuit, et munus comunitatis strenue perlegit. Circa id temporis miles quidam novam Cartusiam prope Mettas erigere coepit, cujus cura Vlli Sati Joanni a Capitulo generali demandata fuit. Sed venerant filii usque ad partum et non erat virtus pariendi. Porro sub hujus regimine domus Buttilana propter bella in tantum devenit pauperiem ut Conventu in provinciam disperso

quatuor tantum monachi remanserint. Post haec V. P. Joannes a prioratu dimissus Treviros rediit suum incolatum prolongavit usque ad annum 1483 quo Cartusie prope Montis prope Bernam in Helvetia praefectus fuit. Demum post aliquod tempus Cartusie Pustulensi praesidere jusus usque ad annum 1489 ibidem persistit et tandem prioratu Pustulensi secunda vice solutus ad matrem suam Treviensem reversus in Officio Vicarii 27^e Julii anno 1492 diem conclusit extremum. In Cartha capitulari non adeo laudatur his verbis: D. Joannes de noto Castro Vicarius professor domus S^{ti} Albani prope Treverim alias Prior domorum Corte Montis et Pustulae habet anniversarium perpetuum scribendum in Calendariis domorum sub 27^e Julii. Sed quia minus laudabiliter in officiis sibi creditis se habuit aliterque quam in litteris narratur et sperabatur, ideoque ipsum ceteris beneficiis sibi concessis privamus.

Joannes vir simplex multumque devotus ex creditorum, quorum tum temporis status adhuc in Ordine viguit, numero clericus. Hic aliquando pediculis scateo cepit, quos nullo labore extirpare potuit, etiamsi vestes omni hora mundasset mutassetque. Tum digitum Dei esse non dubitavit, ac intus se teritus dixit: Ecce qui me comedunt non dormiunt, a multitudine eorum consumitur vestimentum meum, certe ob aliquod peccatum sic crucior. His animo perpensis arrepta viga districtam sibi disciplinam inflixit, sicque a mordacissimis hinc conviviis liberatus nunquam amplius eosdem persensit usque ad diem obitus sui qui fuit 20^a Julii anno 1496. Diutius non nihil moram protraximus, nunc ad prioratum regrediamur.

XXII. V. P. D. Joannes VII Beutler de Franckfordia dictus ex Doctore medicinae professor ac Vicarius domus S^{ti} Michaelis prope Moguntiam Dein Prior domus Argentiniensis. Anno 1497 circa festa paschalia vigore canonice electionis hujus nostri canobii Sater nominatus non tantum hic incorporabiliter preluait, quin et ex commissione Capituli generalis domui Pustulensi ob rei domesticae angustiam, censuum debitorumque onera ad extremam fere inopiam redacta multo sudore indefessus subvenit. Post haec quinquennio in regimine Treviensi exacto anno 1502 confratres nostri Moguntinenses eum repelentes sibi met-

ipsis profecerunt. Sed ista prefectura etiam abdicata anno 1515 die 18^a Julii huius
lucii, aeternam inhabitatorum valefecit.

Fata sua anno 1500 sub modo dicti Sabus regimine obierunt Obles Patres
Joannes Schwollis olim in quodam regularium canonicorum collegio prior et
V. P. Joannes Wasen quondam monasterii Lifflicae canonicus, ambo devotissimis imo commu-
-sationis laude clarissimi. V. P. Petrus de Colonia huius domus nostrae filius, Butilam
translatus Vicarii et Procuratoris ibidem munus aliquanto tempore functus est. Post
- hac anno 1489 mandante Capitulo generali dictae domus Butilensi plurimis debitis
tum gravitate laboriose fideliterque praeside coepit. Ad elevanda vero tanta debita cum
consilio suorum Parochiam Gandobensem cum quinque parochorum decimis ad qua-
-dringenta frugum annuorum maldera cessit. Exantlatis hisce laboribus anno 1498
ad suam instantiam absolutus Treverosque reversus Vicarii munus laudabiliter
precegit usque ad 13^m Februarii anni 1501 dum ex incisione ruptura vite quoque
tela disrupta fuit. Unum praeterea ad hoc saeculum quod sub supra laudati P. Joannis
regimine agonizavit adijciendum fructo quod videlicet cartha capituli generalis
anni 1490 referat haec verba: D. Albertus de Lippia monachus professor ultimo
domus Confluentinae qui alias fuit prior dictae domus et domorum Claustrii B. Mariae
prope Hildesium et S^{te} Albani prope Treveros: Cum omnes tam domestici quam externi
praesertim Coloniensis et Confluentinae Cartusiae scriptores, an et quando huic domui praes-
- fuerit, se ignorare fateantur. Nec ullum invenio praesidentiae ejus in hac domo vestigium
praeter supra memoratam cartha testimonium quod per errorem scriptoris sicut et alia
plura menda irrepsisse potuit. Cum itaque nec locus nec tempus nec testes sufficientes
pro ipso militent quin potius omnes plurimum dubitent eum in album priorum
huius domus recipere non sum ausus.

XXIII. V. P. Tilmanus de Sarburg professor per viginti quinque annos
Procurator et dein Sacrista huius domus: anno 1502 procedente legitima electione
regimini adhibitus qui ex sua hereditate eximius huius Cartusiae benefactor extiterat,
et rem aeconomicam suam prudentia multum dilatarat. Insuper et spiritualia augere
bona, thesaurosque nec teneis nec furibus patentes congregare noverat: Unde anno 1505

charitativa illa cum vicinis nostris San-Mathianis Patribus confraternitas ortum duxit, ut cujus ipsi pro nostris, nostrique pro ipsorum defunctis singuli celebrantes tres missas, non celebrantes vero unum psalterium dicere litteris patentibus compromiserunt. Porro et alia sub hujus V. Patris regimine calamo digna contigerunt, inter quae interdictum ecclesiasticum locale generale ex contentione de Archiepiscopatu inter Jacobum de Baden et Georgium Palatinum ortum numero. Huic et Patres nostri subjacentes a 17^a Julii anni 1501 usque ad vigiliam nativitatis S^{ti} Joannis Baptistae sequentis anni a divinis in Ecclesia persolvendis cessare debuerunt. Post hoc cum laetis notanda venit exitiosa pestis quae anno 1506 15^a Julii hunc tristissimum Patrem cum septem aliis personis domus nostrae ex albo viventium erasit quae anno prioris ad superos praecipit.

V. P. Jacobus Brand, patria Coloniensis, ante susceptum Ordinem Cartusiensem Cruciferorum religionem Colonia professus sat felix nactus ingenium multa exempla historica collegit atque conscripsit. Testi succubuit 8^a Julii anno 1505.

XXIV V. P. D. Georgius de Effren

Ex nobili militarique familia oriundus, non minus animo quam genere clarus. Anno 1499 ex Vicario S^{ti} Albani Prior Cartusiae Juliacensis, ibique anno 1505 21^a Aprilis absolutus Trevirosque reversus anno 1506 12^a Julii ad regimen hujus suae professionis domus emerit, clarumque plurimam cum laude novemdecim annis tenuit. Inter caetera, quae calculo digna patravit illa cum patribus S^{ti} Maximi confederatio eminet quae anno 1514 erecta, pacto San-Mathiano per omnia similis eos nostris coaruit. Praeterea plurima tempore sui regiminis cum oribus suis perpessus est infortunia. Praesertim cum anno 1522 Franciscus de Sickingen juvenilibus rusticis Lutheranis civitatem Trevirensis tyrannide talibus apostolis digna evangelizare volens urbem Augustam a 5^a Julii usque ad 14^m ejusdem mensis obsedit et interim cives, ne barbarus Evangelicus in Cartusia fortaliter gauderet eam igni dederunt: sic conventus usque ad Calendas Augusti anni 1523 per 11 fere menses in refugio nostro Treviris habitavit, donec combusta Cartusia jussu Gratiosissimi D. Electoris Richardi a Griffenelau restaurata denuo habitari potuit. Post igitur

turbas infractè fortiterque toleratas V. P. Georgius de Effren anno 1525 die 21^a Aprilis, ætatis annos habens 59 Ordinis 38. e vivis discessit.

Splenduerunt quoque sub nobili hoc rectore viri memoria digni inter quos V. P. Bernardus Berwinus de Moannebach qui hujus Cartusie filius qui litteris, qui scripturarum scientia sacrarum, qui morum venustate ac virtutum ornatu plurimum emittit et 14 annis Vicarii munus cum laude tenuit. Beatissime Ordinis nostri Regine devotissimus, et animabus in flammis piacularibus constitutis semper fidelissimus fuit. Multas etiam historias et exempla annotavit. Postea integro anno tactu apoplectico prostratus 10^a Februarii anno 1517 devotam animam exhalavit.

Nec minori laude dignus V. P. Marcus Fabri Crovie ad Mosellam natus. Hic non solum in Abbatia Mediolacensi Ordinem S. Benedicti per septennium sed et per aliquot tempus magistrum novitiorum tenuit. Dein arctiorem viam inquirens ad solitudinem 1^æ Albani pervenit, atque receptus ultra quadraginta annos in una eademque cella habitavit. Singularis modestie et humilitatis fuisse fertur. Tempus quod ab exercitiis spiritualibus liberum habuit, in describendis libris consumpsit et plura exempla scriptis mandata reliquit. Ad feliciora abiit hic pius senex, quippe qui septuagenarium excecera 21^a Julii anno 1520

XXV. V. P. D. Christophorus I prenobilis Comes De Rejnack

Illustris juvenis circa annum 1496 orbivatus. Postquam literarum studia accurrimo quo valebat ingenio acquisisset, ac dein, prout nobiles comitesque consueverunt, varias regiones perlustrans, Romæ a Julio II Pontifice amanter susceptus, postea in patriam rediit sæculique, quod ubique nequam invenerat, pertæsus 30^æ ætatis anno Speleæ 5^æ Albani expetit, exactoque tyrocinio per vota Solemnia Ordini nomen dedit. Latere se tum putabat, ac devota et plurimum religiosa conversatio Conventum anno 1525 die 7^æ Maii ad unanimum ejus electionem inflammavit. Suscepto regimine magis magisque inclarescere perrexit. Erat tenerrime devotionis purissime castimonie, eximie prudentie et imperturbate virtutis exemplar. Cum talis ejus conversatio Reverendo Patri Generali imotivisset anno 1538 Convisitatoris et anno 1552 Visitatoris primarii munus ei demandavit, in quo officio plurimam sibi

a cunctis auctoritatem et reverentiam acquisivit. Gregi quoque sibi commissio solerter invigilavit domumque oeconomica sua experientia in pluribus auxiliavit et illustravit. Cunctis hisce, prout retuli, aliquantulum prospere succedentibus nova tempestas nostrae Cartusiae imminere visa est. Nam anno 1552 Albertus, Marchio de Brandenburg qui nuper voto, quo se Deo et Illustrissimo Teutonicorum Ordini consecraverat, contempto, uxorem duxit, et Lutheri infernale dogma amplectens terras catholicorum caedibus ac rapinis zelo plusquam evangelico devastare coepit. Post excisa ^{-cisca-} Moquntiae templa et monasteria terrae Trevironsi infestus liberum urbem Augustae ingressum petiit et sub conditione, ne quidquam damni inferret obtinuit. Acceptata hac conditione urbem ingreditur, domumque teutonicam inhabitat, et ex condito civitati nil molestiae infert, sed militem praedis ex consueta evangelicis devotione inhiantem emittit, qui cuncta extra civitatem posita per aliquot miliaria misere devastat. Princeps ipse urbe procedens monasteria Sanctorum Maximini et Matthiae succendi jubet, eumque Cartusiam inspicere, eam nidum inutile vocans, simili fato in cineres redigendam decernit. Revera in propinquo fuerant incendiarii, qui jussa compleverissent nisi quidam compassione tacti Marchionem de innocentia et quiete nostrorum conversatione certiores reddidissent. Interim tamen Patres nostri Treviris in refugio suspirantes quasi presentissimum omni hora Cartusiae incendium deplorarunt. His in angustiis Venerandus Pater Christophorus animo comite digno Marchionem adiit et impetrato accensu statim ad lusum invitatus praemissa excusatione causam suam exposuit. Hic viri animum votisque admiratus Cartusiam nullo modo perdere aut inquietare velle pollicitus fuit. Hoc itaque solatio fultus oculos suas in civitate in solitudinem minavit, ibique amore enutrivit usque ad annum 1556 quo in vigilia S^{ti} Thomae placide in supernis vigilatibus, obdormivit atque iuxta lapideam crucem coemeterii, quam regiminis sui tempore illic poni jusserat contumeliatu est. Haec autem cruci a filiis amare plangentibus haec indita superscriptio: Effigies Christi ad memoriam V. P. Christophori a Dyneck Prioris hujus domus erecta quam vivens fieri curavit, haecque iuxta sepulchrum suum erigi desideravit: Obiit anno 1556 31^a X^{bris}. Laudi hujus optimi viri haec contemendum astruit epilogum

Carttra capitularis anni sequentis ad successorem ejus ut infra videbimus.

Pono nobilissimi hujus Patris gubernamen et alii hujus Cartusie filii plurimum illustrarunt scilicet V. P. Bernardus Strub de Windecken qui anno 1534 nature concessit et tractatum de virtutibus et profectu spirituali propria manu proprioque Marte compositum reliquit.

Alter fuit V. P. Conradus ex prænobili familia de Lapide natus, devotissime conversationis religiosus qui omnibus excepto prioratu successive officiis admotus per 56 annos rigorem Ordinis toleravit, atque 29^{te} Maii anno 1538 nobilem Deo animam transmisit.

XXVI. V. P. D. Petrus IV cognomine Ediger

Professor et procurator hujus domus per vota canonica electus atque a capitulo generali confirmatus cum hujuscemodi admonitione = Hortamur rogantes ut implorato divino auxilio timoratum religiositatem sui prædecessoris studeat imitari. Nec infructifera fuit exhortatio sed Pynei vestigia passu tam impigro calcare cepit ut Reverendus Pater generalis anno 1561 de ipsius virtute certus tam propriæ provincie convitatorem quam aliarum cartusiarum commissarium sepius esse jussit; tandem pluribus exantlatis laboribus suffocatum hydropisi corpus sub cura medicorum anno 1567 30^{te} Julii Cartusie Agrippinensi tumulandum reliquit.

XXVII. V. P. D. Bernardus II Grahn Boppardiensis

Professor et sacrista hujus domus, funestum punitæ ambitionis exemplum. Hic insana regendi cupiditate abreptus omni conatu vota emendicare non erubuit et anno 1567 die 6^{te} Augusti per compromissum ideoque invalide illiciteque ad Prioratum emerit. Dum itaque in concupito honore subsisteret, pastor ad speciem fidelis et quasi vitam pro oribus pomere visus est: præsertim dum anno 1568 Emmentisimus Sini-
=ceps D. Jacobus ab Ill^{mo} civitatem Treviensem ad domandos in ea Lutheri tibicines circa undecimam Junii selecto milite obsedit, Bernardus Conventu in Cartusia Confluentina et Agrippinensi interim collocato fiducialiter cum procuratore Christophoro Cobrensi uno monacho et fratribus laicis in Cartusia sua imperturbatus remansit. Rebelles nihilominus magno impetu erumpentes Cartusiam, monasterium S^{te} Barbara

et Prædia patrum Societ. Jesu dirceptionibus et ruinis deformarunt. Sedatis dein motibus conventus rediens cellas suas repperit et Bernardus strenue proesse perrexit. Anno 1573 ad comitia Ordinis generalia profectus sat magnum nomen et negotium in des censu a Capitulo Cartusiam Frburgensom visitandi retulit. Insuper anno sequenti in cartha saepe dicti Capituli publica laude inclamuit eadem cartha in hæc verba testante: « Priori domus Freirensis non fit misericordia quem hortantes rogamus ut sicut hactenus bene sibi ex domui intendit, magis et magis perseveret et proficiat et circa regimen et profectum domorum vicinarum Moguntie, Frburgi et Argentina invigilet, et Visitorum vices auctoritate Capituli generalis suppleat. Dulcia sunt verba, sed funesto fine terminata. Nam conventus electionem Bernardi per compromissum invite illiciteque factam oculis prenitentibus peritius considerans per licentiam N^o P. Generalis alium elegit Priorem Christophorum Cobrensem. Hoc casu Bernardus nimio rubore suffusus contra factam electionem excepit, literasque sui defensorias, sed meris figmentis repletas ad Reverendum Patrem dedit. quibus in cartha anni 1576 sic responsum fuit: Priori domus Freirensis (Christophoro videlicet Cobrensi) non fit misericordia) cujus electionem canonicam fuisse declaramus et confirmamus. Et Dominum Bernardum, qui literis communitatis et fictiliis falso informavit N^o P. Cartusie super annum declaramus absolutam. Quid hoc Bernardus? Num tali tamque sordido fine tua tumulabitur ambitio? Nesciebas alta concupiscentes facile deturbari? Non respondet, sed in glorio rubore suffusus 5^o Augusti intempesta nocte, o fructus ambitionis maledictos! Quid dicam? intempesta nocte fugam arripit, et qui ante honores insane deperit, nunc ignominioso desertorum apostatarumque more per orbem vagatur. Attamen ne omnino periret Capitulum generale anno 1577 verbis blandis eum denuo allicere studuit, dum in cartha clamavit dicens: « Domino Bernardo profecto et olim Priori domus Freirensis pro Dei et Ordinis honore et anime illius salute consulitur, ut velit memor esse suæ vocationis, et ad exemplum filii prodigi revertatur ad Reverendum Patrem Cartusie qui ad formam Evangelii Patris illum suscipiet et consolabitur si acquieverit.

An vero his verbis Bernardus a Siliquis reductus, an vi captus redierit non constat. Hoc certum tenemus quod anno 1603 e carcere Coloniensi liberatus Treviros ad domum suae professionis translatus, et deinde in domo Nolsheimensi hospes meliorem animum induerit. Testantur quoque confratres nostri Nolsheimenses Bernardum itidem vitam et mores juxta institutum cartesiense in melius commutasse humanaque fastidientem plenum dierum et poenitentiae die 8^a vel 9^a 7^{mo} anno 1616 concupitam in dies mortem excepisse. Sic sero sapere, quamvis rarem, tamen sapere est.

XXVIII. V. P. D. Christophorus II Zeizen Cobrensis.

Hunc adhuc puellum V. P. Christophorus a Rājneck nostra Cartesio sumptibus musis tenerioribus Treviris lactandum, ac dein humanioribus philosophicisque Davendriae cibo solidiori nutriendum tradiderat. Nec frustra. Nam Christophorus noster literis aprime politus, pacifica nostrorum conversatione inestatus, anno 1552 se cum omnibus suis quae ex hereditate habere poterat, nobis donavit, siquae per vota solemnica adoptatus ad majora in dies exerescens ab anno 1556 officia Marthae in munere procuratorio per 21 annum fideliter obit. Anno vero 1575 die 29^a Augusti canonice delatam praefecturam iniit, ac summam cum laude moderatus est, in spiritualibus accuratus, in oeconomicis indefessus, in omnibus discretissimus fuit. Propriam sibi commissam domum a periculis et egestate, juvante Deo, preservavit pluribusque auxit, quin ex confratribus nostris Nuttilensibus per bella et praeda-tiones ad extrema redactis, et ab anno 1589 per triennium in domo S^{ti} Albani profugis, quanto potuit amore, pro modulo sua tenuitatis subvenit. Denique pro augmento domus Paradisi Mariae in Prussia ex aliorum manibus tunc exerta personas exemplares exportas Jacobum Martisdorf, Hectorem Vitensem et Antonium Trevirensis ex gremio suo libentissime concessit. Vitam et sedulitate et charitate plenam usque ad annum 1596 protraxit, quo eodem anno 15^a X^{bris} post Cartesiam Trevirensis per 21^m annum feliciter gubernatam morte deducente (ut pie credimus) vitam intravit sempiternam.

XXIX. V. P. D. Todocus Emmelius

Hujus Domus professor, conversationis plurimum commendande Religiosus, qui ab anno 1570 per triennium Saviste, per biennium Vicarii et per 21 annum procuratoris officii cum laude profuit. Anno 1596 in Prioratu domus nostrae confirmatus eundem usque ad annum 1601 strenue gessit. Tunc ad regendam domum Thuremundanam translatus, ibidem per 24 annos usque ad canos operarium sese inconfusibilem exhibuit. Tandem ob senium et suam instantiam anno 1623 a Capitulo generali absolutus, cum jam ultra 67 annos plurimam cum laude in Ordine consumpsisset, ipse consumptis per senectam viribus anno 1624 diem consumpsit extremum.

XXX. V. P. D. Hector Hoem Vitensis

Ex Ducatu Luxemburgensi oriundus, professor hujus domus ex qua anno 1583 in procuratorem Cartusiae Rutilanae et anno 1587 in priorem ejusdem domus assumptus, multa laude claruit. Erat conversatione exemplaris, moribus compositus et amabilis, experientia eximius, in pauperes Christi largus, in filios misericors, in adversis constans et imperturbatus, et ut haec dicam veri pastoris et patris prototypum cum reverentia suscipiendum. Adversitates pertulit non paucas praedationes, pericula mortis, pericula captivitatis, incendia et quidquid durum videri potest, erecta cervice et serena fronte non desepxit solum, sed et alios in iisdem confortavit. Dum anno 1589 Cartusia Rutilana a praedonibus haereticis plurimas direptiones pateretur, filios suos in Cartusia nostra Trevirensi collocans omnibus, quae potuit, modis recreare studuit. Ipse vero cum suo procuratore et aliquibus aliis ingraescentibus haereticorum furis sese exposuit. His sedatis anno 1592 per fugas suos ad proprios lares revocavit et domum Rutilanam, post diras praedationes bonis augere et necessariis structoris renovare studuit. Ne vero vir pluribus necessariis sibi solique domui Rutilensi prodesse anno 1593 Convisitatoris et anno 1599 Visitatoris primarii spartam adornare jussus fuit: et quia provinciam commo- dius in domo Trevirensi quam in Rutilana cui diu satisque fuerat administrare posse visus est anno 1601 ad praetactam S^{ti} Albani Suevionensis domum

a Capitulo generali transmissus pro more suo tam clarus emicuit, ut Eminentiſſimo Principi Lothario a Metternich preprimis charus, universo clero venerandus, filius et conſpectibus plurimum amandus atque proficiuus fuerit usquedum anno 1622 die 20^a Februarii: effera mors 21^o prioratus Treverensis et 37^{to} professionis anno meritis canuum caput demessuit.

Fuit quoque hinc temporibus V. P. D. Lambertus Kinglus de Odendorf in Ducatu Juliacensi oriundus, hujus nostre Cartusie professor. Hic ex patrum nostrorum traditione laudatur vir prudentia praeditus, ingenii fertilitate proflens, Sapientiae et scientiae donis cumulatus, pietate affluens, virginalis pudoris flore honestus et incorruptus, gravitate et maturitate praecellens. Anno 1567 officio Vicarii admotus fructuose et laudabiliter claustralibus preluat. Inde a P. P. Visitatoribus Cartusie Moguntinae praefectus et magis magisque resplendentibus ejus virtutibus officio commissitoris inhonestatus fuit. Post haec dum pestifera haec, heresis Lutheranae totam fere germaniam finitimaque regna misere peregrinata esset atque pestifero errori adhaerentes Poloni cartusiam Dantiscanam jamjam deglutissent, V. P. Lambertus cum sex sociis, partim Treveris, partim Nuttala ex Confluentiae assumptis a Capitulo generali illic missus, ope Reverendissimi et Illustrissimi Dni Hieronymi Broffduhm Episcopi Vratislaviensis dictam Cartusiam a faucibus haereticorum feliciter retraxit, eique per Decennium in magnis laboribus et periculis cum omni laude profuit. Tandem anno 1602 pro obedientia Ordinis in itinere constitutus 4^o Augusti mortem obriam habuit, et scolle in Polonia apud P. P. Carmelitas tumulatus fuit. Postmodum vero plurimae miranda et virtutes circa virginum ejus corpus factae sunt illudque integrum incorruptumque inventum cum omni celebritate ad ecclesiam Episcopalem translatum multa mira ibidem edidit, unde a Polonis novus sanctus appellatus cultu privato honoratus fuit.

Sub eodem Venerando Rectore funestum humana infirmitatis et simul insignis patientiae exemplum praebuit nullo modo praetermittendum V. P. D. Fridricus Bopparviensis. Hic hic vir multum devotus ac doctrina insignis, omnibus praestus et amabilis, qui propter anno 1568 Saccristae officio admotus ita se gerebat ut

ejus obsequia non cunctis placerent modo, sed et multis laudibus extollerentur. Verum quia dilectus erat Deo oportuit ut tentatio probaret illum. Percussit itaque illum Dominus plaga lepre ita ut nec amplius celebrare nec horum frequentare potuerit. Incipit hæc lepra anno 1571 et per 38 fere annos in illum deservit. Mideratione plenum erat videre tam bonum Patrem ab hominum consortio segregatum in separato loco ita cruciari. Scutellas et vasa propria habebat in habitaculo suo, in que servitores culinae et dispensæ esculenta potumque infundebant, ne alia vasa contaminarentur. Porro edacissimus hic morbus digitorum extremitates ita absumpsit ut ne panem quidem frangere aut scindere potuerit, sed a servitore suo frustratim scissum cum dolore et nausea manducare debuerit. Major tamen fuit tribulatio quando novemdecim ultimis sue miserie annis a venenato hoc morbo excecatus lumen cæli videre non potuit. Nec tamen in his omnibus peccavit. Fredericus litiis suis, nec stultum quid loquutus fuit contra Dominum, sed ut contemporanei ejus referunt, cum summâ infractaque patientiâ cuncta sustinuit, Deumque incessanter laudavit. Sic morbus iste membra devorare, non mentem inficere potuit.

Aliud quoque tristicissimum hic enarrare factum cogor de U. P. D. Joanne Leucken. Hic hujus Cartusie per vota religiosa filius, ad Prioratum Molsheimensem erectus hunc honorem tristi fine terminavit. Habuit quippe famulum juvenem de cognatione sua qui dum vidisset quod D. Joannes Prior quadam die notabilem pecunie summam recepisset, illico a demone excecatus, auro inhians de morte heri sui cogitare cepit. Itaque de nocte, dum Prior e matutinis cellam suam repetiit, heu scelus! sacrilegus juvenis retro januam absconditus tam valido ictu caput ejus perfrexit ut continuo animam egeret.

Interfectum cadaver sub cochlide abscondit sublatoque concupito aere fuga se dedit. Altera die nec Prior nec famulus uspiam apparuit. Facta tandem inquisitione corpus occisi sub cochlidio inventum fuit. Facto hujus rei rumore quia famulus se per fugam suspectum reddidit, justitiorii civitatis equites miserunt qui monstrum pessimum inquirendum vinctumque reducerent. Illi ubique circumvolantes in sylvam pervenerunt ubi crudelissimus homuncio numeranda præda vacabat.

Non tamen eum vivient sed citatis equis protervolassent nisi sibi male consilium
esset. Dum illos a longe preparantes vidit clamasset: ego non feci, ego non feci. Dec
venerunt itaque in civitatem ibique lata sententia, ad portam Cartusica prodeire
runt, ubi universata saviriga manu quam in Christum Domini extendere ausus
fuerat, tandem in loco supplicii deputato circumvoluta viderunt. Accidit vero scelus
teterimum 5^o Februarii anno 1618.

XXXI. V. P. D. Petrus V Pilch cognominatus

Cusae haud obscuro ad Mosellam loco natus, hujus domus nostrae professor.
Hic S. Pater per vota professura Ordinis albi adscriptus luculenta virtutis et
prudenciae specimina dedit. Hanc ob rem post paucos annos rebus spiritualibus cum
Vicariorum ac dein negotiorum aeconomicis cum procuratoris officio praefectus partes suas tam
fideliter strenueque implevit ut Venerabilis tum temporis conventus anno 1622 ei
conspirantibus canonicis suffragiis fasces ultro detulerit quas multa cum laude gessit.
In oculis quoque extraneorum sat clarus refulsit: unde anno 1623 cum Reverendis
simis Dominis Georgio Suffraganeo, et Abbate Epternacensis ad presidendum electioni
San. Maximimianae deputatus fuit. Porro sub hujus patris regimine anno 1626
Venerabilis clerus Treverensis ac neoplantata Jesu Societas S. P. N. Brunonem mira
devotione et officio canonico venerandum suscepit, quam devotionem non solum
musarum Treverensium clientes meritis publice affixis cumulatim sunt, sed et universa
civitas cum supralaudato clero solemniter instituta processione ad S^{ti}. Albani Cartusiam
properasset, nisi Eminentissimus princeps Joannes Philippus a ^{Soeteren} S^{oeteren} inquietam
ejusmodi solennitatem ut pote solitariis incongruam impedivisset. Prosperè deinceps
cunctis aliquantisper succedentibus anno 1632 bellum cum socia peste quietem
Cartusiae inturbavit. Veniebat Annibal Austriae Gallorum dux feris fessimis, pro-
testantibus Succis confederatus cum numero exercitu ut Augustam Treviri im-
obsideret, Hispanosque inde propulsaret. Egitur nostri sedibus suis ejecti a medio
mensis Augusti usque ad octavum Novembris in refugio nostro Treverensi latebant.
Galli interim muris S^{ti}. Albani pro fortalio utentes urbis moenia tormentis mayo-
ribus quassabant et ad 100 passus direcebant. Hispani itaque cum resistere ultra

non valeret, et urbem suo milite et Cartusiam Gallis facta deditioe vacuabant. Sed post dolor! ab exilio vix licuerat respirare et nova supervenit tribulatio, ferreque novissima peiora prioribus. Galli scilicet, gens fedissimis morbis obnoxia, varios ejusdem generis in agris Trevirensibus reliquerunt ex quibus contagio generalis prognata pestiferis faucibus eodem anno novem personas in Cartusia absorbevit. Quin et usque ad annum 1636 crudeliter servens V. P. Petrum Suorem post 14 annorum laudatissimam presidentiam in cella sua supra sedem inclinatum necare non exhorruit.

XXII. V. P. D. Michael Tonoldi Helveticus

Ante susceptum Ordinem Canonicus presbiter, vir omni laude major: Hic dum clericos sui temporis in licentiora procurrere vidit, omnis vanitatis satur solitudinem nostram adamarit inque ea se hostiam Deo viventem immolavit. Postea quo ardentius latere desideravit eo magis quotidie emicuit: Item morum compositio, frontis serenitas, modesta hilaritas, ceteraque virtutes religiosa virum quantumvis invitum successive ad officia Sacriste, magistri novitiorum atque Vicarii promoverunt; quod libenter quidem pertulisset, dummodo non reluctans ad Martia negotia in procuratura Burenundana distractus fuisset. At quo magis honores fugit, eo magis ad fastigia requisitus, ubique necessarius, ubique utilis fuit. Inde primo Molsheimensi ac dein Trevirensi Cartusia anno 1636 haud obscure prevaluit. Tunc, quod mireris, non attenta proprii corporis infirmitate, prostrabito omni labore et propriis, quibus subsequenter proficit, domibus sedulo graviterque intendit, sedet in tota Saxo-Rhenana provincia. Visitator constitutus, zelo zelatus est pro Dno Deo exercituum. Tantis exarsit fervor ejus ut in commissa sibi provincia defectus corriperit acriter, abusus abstulerit religiose virtutesque fecundo semine plantaverit. Nec labori peperit unquam, nec molestias curavit, nec periculis teritus intentationem quid reliquit. Polonia, terra marique itinera in Poloniam usque et Lithuanicam aliasque regiones instituit ut coeptas inibi Ordinis nostri plantationes amplius excoleret, ac rebus necessariis et personis exemplaribus ad florem fructumque promoveret. Verum dum foris plantat, domi evellitur: quapropter optimum vineae

Dominica cultorem ad propria reducere necessum est. Sed quid hic? Prosperum certe nihil funera potius tristissimamque mortis imaginem quam solatia reperit. Parece enim contagiosa revivente anno 1639 uno eodemque mense Januario septem personas hujus Cartusiae, surculos arvis caelestibus dignos demessere. Necdum tamen hic terminata malorum ilias, imo calamitates quasi quotidiana erant. Tunc revera, cum Philippus Christophorus a Soetoron, Elector Trevirensis ex decemali carcere Treviros rediit, omnes calamitates cum eo reduces fuere. Hic pro more suo innocentes tremicolas inimicus Princeps afflixit: Ibi urbis Scaefecti ipsam solitudinem evertere conati cum operariis conductaque vulgi foede dirruendis cartusiae muris jamjam astiterunt, eosque certo decesserunt, nisi benignissimus suorum conservator Deus piissimaeque Dei Genitricis Cartusiae nostrae potentissima semper protectrix (quam Pater P. Michael innumeris rosaliolis coronare consueverat) tragica turbatorum molimina discessissent. Nihil tamen minus sub pregnantibus hisce tempestatibus res Cartusiae, Deo benedicente, potius crescere quam deficere pervenerunt. Philippo Christophoro Electore, Cartusiae afflictore postea e vivis sublato, quasi post nubila Strabus rediit, dum anno 1652 die 10^a Julii Reverendissimus ac Gratosissimus D. Carolus Casparus a Petra in Ecclesia Cartusiae Sacerdos inauguratus, resonantibus ubique tubilibus summo Deo primitias litavit, atque non diu postea in eadem Ecclesia a Reverendissimo Domino Ottone a Senheim Suffraganeo Episcopus est consecratus, benedicente Michaeli Priore linteola quibus ritus Romanae Ecclesiae ceremoniales peracti sunt. Ad hanc solemnitatem insignis Dominorum Metropolitanorum aliorumque Trevirensis patriae procerum, Legatorum, Abbatum nobiliumque copia conflavit, festivique plausus totam impleverunt tremum, quos jubiles patres nostri decantato hymno Ambrosiano gratulabundi coronaverunt.

Venerandi interim Patris Michaelis juventus, conspiciato novo hoc sole, ut aquila renovata est. Novo igitur fervore incalescens, lustranda provincia se accinxit, atque omnibus, quorum terras peragere contigit, Principibus, praesertim Moguntino, Coloniensi et Spirensi aliisque nobilibus in amore habitus plurimum laudis sibi conciliavit. Post haec reversus, nec meritorum qualemcumque defectum pateretur, sanita

quadam coronide vitam religiosam redimere voluit, dum anno 1656 in festo S^{ti} Joannis Baptista curiam sui jubilarem sui sacerdotii hostiam summo Deo immolavit. Tribus dein annis supervivens 48^m etatis 55^m sacerdotii et 54^{um} professionis annum 26^a Augusti anno 1659 cum amarissimo tam nostrorum quam totius provincie luctu pio fine coronavit.

Porro quam fecundus fuerit, modo laudatus pater, quatuor aliarum domorum priores qui ex ipsius ascetica scola prodierunt, satis testantur, quos paucis hic indigitare libet scilicet.

V. P. Wilhelmus Borquard Thionis villanus, S^{ti} Albani professor a primo conversionis exordio plurimam cunctis spem fecit. Subinde infirmarii ac sacriste muniis mancipatus sua praebere gessit. Postmodum economiam Ruttelensem aliquandiu non sine profectu administravit ac tandem prioratum Friburgensem iniit. In extremis tum laboravit Cartusia Friburgensis quae a suavis desolata vix duos monachos et duos donatos alere potest. Verum industria Wilhelmi et elemosynis Cartusiae Northeimiciensis aliorumque benefactorum denique respiciavit. Post haec emento in regimine Friburgensi sexennio, Wilhelmus praefecturam domus S^{ti} Viti prope Patis bonam et officium Convisitatoris provinciae Franconicae suscepit. Laudatur de zelo quo zelatus est pro gloria Dei et observantia regulari. Postea oculorum caligine et podagrae fodicantis doloribus multum gravatus 7^o X^{bris} anno 1662 ad laetitia avolvit.

V. P. D. Michael Haue ex eadem scola prodit. Totam quam de hoc viro habemus scientiam, necrologium nostrum profert in haec verba: Dominus Michael Haue professor, sacrista et culinarius hujus domus, alias procurator Natisbona et Prior in Grunau. Obiit in Cartusia Herbsippolienzi ad quam curationis causa se contulerat, 18^a Martii anno 1670.

V. P. D. Johannes Caspari Bitburgensis, pergit necrologium, professor domus hujus, prior Ruttelae et alias Prior Friburgi et in Aethheim. Obiit 7^o Martii 1680.

V. P. D. Theodoricus Dockendorf, Bitburgensis, hujus domus professor, vir ambidexter qui procuraturam primo Trevirensem, ac postea Xantensem cum laude gessit.

et demum anno 1650 ad Prioratum ibidem erectus remos cum plausu duxit.

XXXIII. V. P. D. Paulus Deackum

Praetoris Cochemiensis filius ab incunabilis a parentibus timore Dñi et pietate lactatus et educatus, dum annos discretionis attigisset, musas Agrippinenses auscultavit. Haustus inibi abundanter literis eundem praecellenti Dño a tabulis secretisque fuit: Unde insignem misteriosas antiquorum literas legendi copiandique dexteritatem acquisivit. Inter haec Paulus vanitatis crescente nausea, arctiorem viam seligens ad Cartusiam S^ti Albani properat et anno 1640^(a) Deo ordinique sese sacrificat. Post ista aliquando vehementi terra motu prostratus, et quasi extra se captus dixit: Domine, quid me vis facere? Haec verba quae nescius fuderat dum ad se rediret, tacitus ruminavit, atque ex illo tempore tanta devotionis gratia delibutus fuit ut fluidissimi plerumque lacrymis oculi cum spiritu magis quam carne vivere luculento fuerint testimonio. Ne vero tam insignis margarita in absconditis lateres ultra, pedetentim per omnia tam minora quam majora officia etiam invidus ascendit usque ad supremam S^ti Albani praefecturam quam anno 1659 3^a Idus canonice electus inivit. In prioratu tum confirmatus cuncta meliorare studuit, necessarias structuras suis in locis exerxit, bona et redditus vindicavit, ecclesiam congruis ornamentis illustravit, atque tam Marthae quam Mariae partes sine querela implens in omnibus visitationibus laudem non minimam retulit, quamvis ipse haec laude (cujus semper impetrans fuit) carere et soli Deo inherere maluisset.

Undecim proinde annis in prioratu domus nostra exactis anno 1670 ad praefecturam Friburgensem translatus via uno ibidem anno perstitit quin potius oportune importuneque petitam absolutionem a Visitatoribus multum resistantibus impetravit. Moquentiam postea Trevicos profecturus transiens in montana S^ti Michaelis Cartusia a morbo haud brevi moram passus, Dei tamen adiutorio convalescit, atque ad S^ti Albani Cartusiam inter ubera matris suae amorose quieturus devenit, sed viri necessitas ipsum demum procuratoriae oeconomiae mancipavit. Postremo dum copia galliae terrae Trevicensis visceribus sese infundissent, oportunitatem nactus occasionem Coloniam Cartusiam pro hospicio impetravit. Qualis autem ibidem vixerit, ex eo facile intelligitur quod ob eminentem religiositatem fratribus nostris Colonensibus per Visitatores provinciae

(a) Anno 1634 obtinuit Paulus Verkum pastoratum in Esch, qui postmodum (scilicet
juxta alium auctorem post 200 annos (1636) resignavit eundem pastoratum, ad ma-
nus collatorum et factus Carthusianus Trevirensis, vir pius et sacerdos in Christo
tutus exemplaris. — (Excerptum de folio Pastoralis Colonici 1885). — Note envoyée
par l'abbé Joseph Kramer d'Eisenach le 5 mai 1899. —

Superioribus, medicis, laicisque ministrantibus in omnibus, etiam in iis quae contra naturam erant, ad iectum oculi obedientem videre, non nisi caelestia anhelantem, et, quae jam extra corpus versaretur, suorum dolorum omnino incurium et oblitum intueri. Prae omnibus Santissima Sacramenta infirmis debita petiit, ac dein implorata ab omnibus veniam reliquum vitae suae octiduum inter continuos gemitus, compunctiones, suspiria et amoris jacula ad Jesum suum transegit, nunc oculos, nunc manus ad contemplatam patriam levavit. Post haec gravi lethargo ad extrema deductus, dum erigilasset, per duas circiter horas immotus jaciit, oculisque sursum fixis inter preces et lacrymas confratrum suorum, dum in hymno stabat abater ventum est ad ultimum verbum, quando corpus morietur fac ut animae donetur paradisi gloria: animam Creatori transmisit in vigilia 5th Andreae anno 1686. Post coronide addunt Confratres nostri Colonienses haec verba: Vixit V. P. Paulus Derckum nobiscum tanquam moriturus et mortuus est tanquam victurus: Quod confirmatur a secularibus quibusdam mercatore uno, altero procuratore et notario, bonae fame viris, quorum unus vultum Venerabilis Patris defuncti nonquam viderat, in feretro tamen videntes dixerunt: Vultus istius Patris defuncti satis indicat eum fuisse virum probum et sanctum. Hisce confratrum nostrorum testimoniis contentus ad Cartusiam Trevirensis revertor, ibique ad clavum invenio.

XXXIV. V. P. D. Gerardum Paeijn (Roijn)

Patria Nuremundanum, consiliani provincialis filium, inter tres fratres germanos professioni Cartusianae devinctos seniore. Unus ejusdem Germanus ex Cartusia Coloniensi ad prioratum Nuremundanum, alter Juliaci professus ad procuraturam ibidem promotus satis claruit. Hic vero Gerardus noster, dum diu fores Cartusiae Coloniensis indefessus frustra pulsasset, tandem Visitatoribus illic divertentibus supplicat a V. P. Michaeli Arnoldi admissus in 5th Albani Cartusiae anno 1642 ^{12. oct.} vota solennia emisit. His peractis votorum non segnis solitor studio virtutum omni conatu incumbens, pluribus brevi intervallo praecuravit. Haec diu post ad Savastae, dein ad magistrum novitiorum ac demum mandante Capitulo Generali anno 1651 ad prioratum Juliacensis officia ascendit, ac integro ibidem novennio omnimoda eum laude

praefuit, vitamque Cantaviensem Cartusiam et personis et virtutibus auarit. Demum anno 1660 a Capitulo generali Cartusiae Friburgensi praefectus usque ad annum 1670 se normam virtutis vicumque exemplum spectandum praebuit. Tandem mandante sepefato Capitulo Cartusiae Trevirensi, sua professionis matri succurrere iustus fuit, nunc vero qualis praesulserit, unico Visitatorum oraculo affatim explicatum autumo, qui cum ornamentum virtutum et exemplum inculcata ac vera Cartusianae religiositatis laudare non dubitarunt. At quam religiosum quamque laudabile hujus sacri regimien ex praememorato enomio fuisse colligis, Tam funestum quoque omnique adversitate plenum crede? Galli namque Trevirenses agros inundantes pro more suo gratulari coeperunt, ita ut spartam Visitatori Gerardo anno 1673 injunctam vi biennio ob Gallorum tumultus adornare liceret.

Dicto eodem anno Mars Christianissimus praesentibus Ducibus de Bussi et Thiard pagos urbi propinquos occupans, ac tandem ipsam civitatem milite solum patris eoque haudforti defensam adoriuntur. Dimicatur per decem dies et noctes, tam majorum tormentorum quam minorum ignivomi globi circumvolitant, nunc turrim, nunc muros S^{tae} Albani dejiciunt, nec limes rapinis, nec modus exactio nibus, nec terminus furori ponitur. Nova quotidie conspiciuntur tragediae, nova vulnera infliguntur. Ne tamen sub luctuosis hisce tempestatibus Gerardus cum suis frangitur aut discedit, sed inter ignivomos volitantium globorum susurreos inter militis Christianissimi, ultra barbaros furores sub semibaccis S^{tae} Albani lectis intrepidus persistit. Dux quidem de Bussi, se dolore de acerbitate casuum simulat, sed pro gratioso hoc solatio crumenulam Cartusiae in extremis laborantem quotidie sine miseratione emungit. Nunc in Abbatia S^{tae} Matthiae, nunc in S^{tae} Albani Cartusiae subsistens Gregorius miles vulgusque promiscuum baccatur, nemine resistente muros partim dejecit, arbores succidit, asseres evellit, frumentum, avenam, panem, equos et pecora rapit, inque majorem afflictorum desolationem vini dolea exhaustit. Non preces audiant belluae Christianissimae quibus rures dudum in ventrem defluerant. At ne dum malorum finis, sed potius 7^{as} 7^{bris} Gallorum decerenti pedites et equitem quinque cohortes Treviros penetrant misereque

diripiunt. Occupata tunc urbe infelix ille cornes de Vignoria a rege gubernator instituitur qui omnia circumquaque monasteria et ecclesias animo plus quam bestiali devastare pridem cogitaverat. Regium itaque illud antiquitatis et artis tectonica prodigium S^{ti} Maximini monasterium et ecclesiam dejicere aggressus nec ipsis Sanctorum (quos multa hodieum miracula patriarce ore Saurilogo visitabat), reliquiis peperit, sed foras projiciens misere profanavit atque dispersit. Destructo divi Maximini ac celeberrimisque Sanctorum dirutis ac proculcatis, vastatrices unguis muris S^{ti} Albani infixit ubi tamen, cum cum majori nostro damno, eum prima die laboribus teduit, nobisque ut nostris sumptibus reliquias solitudinis demoliremur, mandavit. Nec morae furibundus miles aliudque vulgus rapax ingentes acies admovit, et intra paucos dies totam dejecit exerum ut via quidquam nostris deferre licuerit: Nec ex ampla illa structura quidquam superest, praeter unicam partem cellae vinariae solo paulisper supereminentem, spelaeum revera vix feris habitandum nisi seculi hujus inopia et homines in antra redigerent. Offensas oves dignas! quis bestias tam immanes ex inferno trahere natales dubitaret, quae nec Deum, nec divos nec tot Sanctorum patrum eremicolarum tumulis venerandam terram sua rabie suisque spurcitiis despedare verentur? Nostri igitur, cum in Cortusia, ubi caput reclinaerent, decesserunt, partim in villa Merglichiana, partim in Iselbacensi exulis tabescebant. His omnibus non contentis, galli exactiones, contributiones et rapinas multiplicabant. Itaque cum V. P. Gerardus omnes ultra calere non posse, partem conventus in alias provinciae domos ad hospitandum misit. Ipse vero cum reliquiis in villa Merglichiana misere admodum vitam traxit et extremam inopiam aliquandiu toleravit. Icc! sic instita alias S^{ti} Albani cartusia horrens in tristitia et ruinis filios suos partim acerbissimo cum dolore ab uberibus propellere et in enteras cartusias quasi exules relegare, partim in proprio sinu pro miseria contabescentes videre debuit. His aliisque quam pluvium fortiter toleratis V. P. Gerardus ob senium tantis laboribus impar a Sioratu Trevirensi anno 1679 ad Molsheimensem translatus, ibidem pie religioseque praesedit usque ad annum 1684 cuius anima S^{ta} Felx. ad vitam meliorem avolarit qui quatuor domibus fore per triginta quatuor annos summam cum laude praefuit.

Sub modo laudati patris amoroso regimine non rarum erituit *P. Thomas* ab Oest *Wuremundanus*, silentii solitudinis et contemplationis cultor insignis. Hic in supra narrata dispersione conventus locum in Cartusia *Widrensi* in *Westphalia* accepit. Hi dum anno 1678 lethali morbo correptus degere, prior Medicum ad ipsum misit qui morbi statum indagaret. Medicus ingressus exhorruit atque dixit: Pater mi vos modo agonizatis, quare neminem habetis ad manum? At ille respondit: Habeo mihi assistentem Deum, ipse tantummodo recedat solus enim vivi, et solus moriar. Recedente itaque medico infirmus pro virili suo ante altare cellule suae se in genua demisit, atque animam 2^a Maii in manus Creatoris non sine sanctorum suspiratione exhalavit, et a subvenientibus corpus exanimatum adhuc genibus innixum inventum fuit.

XXXV. *V. P. D. Martinus Schue*

Neomagensis, a Capitulo generali ex praesidentia *Exfordiana* ad prioratum *Trevirensensem* missus fuit. Anno 1679, 27^a Junii installatus, cuncta strenue administravit. Labebatur interim tempus, legebant exilium extores, non enim prout ordo et disciplina regularis requirit, sed pro rei necessitate in hospitibus seu angulis villae vivebant. Inaequidinata ac tediosa vivendi ratio et quotidiana patrum tam mali hospitatorum querimoniae eo superiores permovebant ut tandem serio de nova reaedificanda habitatione deliberarent. Primo quidem de facultatum impendiis ad tantam molem necessariis, secundo de loco, ubinam scilicet maxime congrueret ejusmodi cartesiam erigere, et tertio de providendo valde perito architecto, ne si in re tam ardua aedificantis peritia desinet, tam labor quam expensae perperam applicarentur, et omnium nos ludibrio una cum rerum dispendio exponeremus. Difficultas ergo potissimum nata de congruo loco, in qua diu multumque laborabatur, dum ex variis opinionibus variae sequebantur sententiae. Quidam iterum in antiquo loco prope muros *Trevirenses*, alii in civitate im *Reulander Hof*, alii prope *Heerglich*, alii in inferiore, alii in superiore *Hörich* reaedificandum putabant. Perpersis perspectisque omnibus tandem ad locum prope *Heerglich*, ad crucem pendulam deventum est. Urgebat quotidie *Reverendus Pater Generalis*, stimulabant *Venerandi Patres Visitatores*, cogebant conven-

tualium in tenebris tabescentium querela, ut operi initium daretur. Accurrebat Venerandus Pater Joannes Frey socium habens Eminentissimi Electoris Moguntini Architecturae praepositum, rerum aedilium peritissimum, qui in dicto loco prope Noerzlich aedificandum unanimiter concludebant. At, ecce nova turbatio, novique motus. Cum enim portio pars loci ad domicellas in ^{hi} Dorreo seu ad Sanctam Trinitatem cum jure regalium et supremae jurisdictionis pertineret, illae neutiquam consentire volebant, nec preces, nec equissimas permutationes oblatas attendentes. Dixisses facilius esse Jugiae stabulum purgare, aut Lerneam debellare Hydraem, quam hasce virgines ad consensum permutationis permovere. In his angustiis constitutus V. P. Martinus supplices literas ad Eminentissimum Príncipem Joannem Augustinum dedit, ut dictas moniales ad consensum compelleret. Tunc Eminentissimus commissarios constituit Reverendissimum D. Suffraganeum ab Anethan et D. Osweiler officialem, qui inter nos et illas judicarent. Nos interim bonâ spe ducti palos figere, funes ducere et novae structurae fundamenta aespiciis minus prosperis, delineare cepimus. Felicius enim Horcensis Abbatissa Annae Christinae Colb de Nierdingen retulit quod nostri palos pro terminis totius aedificii secus viam publicam posuissent. Hoc inaudito, muliebri concitata indignatione jussit villicum omnes stipites evellere, se enim nullatenus passuram, ut in fundo et jurisdictione sua Cartusiani monasterium construerent. Ecce hic denuo in schyllam conjectus V. P. Prim. quo se converteret, hesit. Verum resumpto animo Abbatissam iterato supplex adiit et ardentissimis precibus, ut commissarios permutationemque admitteret persuasit. Acceptato itaque contractu V. P. Martinus anno 1680 omnibus praeparatis, Eminentissimum Príncipem, misso suplici libello, ut fundamentalem lapidem consueta benedictione ac ceremoniis solemnibus gratiosissime ponere dignaretur, humillimè rogavit. Igitur 30^a Aprilis in honorem Dei optimi Maximi, Beatissimae Virginis Mariae, S^ti Joannis Baptista, S^ti Patris nostri Brunonis et S^ti Albani Martyris primum hujus Cartusiae lapidem, delegatâ sibi licentiâ et potestate Archiepiscopali posuit et benedixit Reverendissimus et Gratosus D^{ns} Joannes Philippus de Walsersdorf Abbat episcopalis Ecclesiae Decanus coram ibidem agentibus Reverendissimis et Gratosis Dominis Damiano Henrico ab Osbeck, Damiano Ernesto a Warsberg Summae Aedis Scholastico, D^{no}

Wilhelmo de laë ex Wenen canonico Capitulari, item Venerandis Patribus Joanne Frey Visi-
tatore et Martino Schue priore cum septem celiis conventualibus. Intererant quoque Duo
Patres Capucini quorum unus ad circumstantem utriusque sexus populum elegantem habens
sermonem presenti negotio omnino conformem plausum prebe-cula adeptus est. Thema
autem sermonis erat: Misericordia Domini quia non sumus consumpti. Omnibus finitis
in agro sub dio prope locum edificii, constructo prius ex ramis, virgultis et arboribus
abiegnis, sacello, allatoque portatili solemniter ad aram fecit, suprasatus Dns de Wolfer-
dorf, assistentibus Dominicis Ecclesie Metropolitana Vicariis, quibus in laetitia peractis, unanimi
omnium voce ac gaudio Hymnus Ambrosianus decantatus, et tota solemnitas cooperante
Divina gratia, cum plausu finita fuit.

Post hac V. P. Martinus, crescente fide et auctoritate, a Capitulo generali primo convivia-
toris et mox visitatoris primarii munus honoratus, simul cepti operis machinam, caveas
vinarias, anteriora Hospitum cubicula, fratrum laicorum et officinarum cellas, et in utraque
ala aulas majores cum caeteris appenditiis, scilicet Bibliothecam et sacellum Beatae Mariae
Virginis prosecutus est. Sacello trium quatuorve annorum lapsu perfecto, Eminentissimo
pro eodem consecrando duplex fuit. Verum cum Reverendissimus D. Suffraganeus Trevisensis
gravi infirmitate Confluentiae detentus munus suum obire nequisset, Revisimus Dns Joanni
Philippo Burkhard, Episcopo Tripolitano, per Episcopum Spirensem Suffraganeo actus conse-
crationis delegatus fuit. Itaque anno 1685 dictum Sacellum cum tribus in eo structis alta-
ribus in forma solenni benedixit, illudque devote visitantibus quadraginta dierum indul-
gentias concessit.

Interim Patres conventuales diem illum videre anhelabant, quo letis vocibus, In exitu
Israel de Aegypto, cantare atque ex miserimis illis ergastulis proscribere liceret. Anno
igitur supranumerato, ipsa die B. V. Mariae a Presentatione sacra novo ardentique spiri-
tu, tanquam primitias Deo afferentes, in novo sacello officium divinam decantabant. Cres-
cente hoc modo structura nostra, cresunt quoque tribulationes afflictaque Cartusiae nova in
dies vulnera infliguntur.

Occupato enim anno 1684 a Gallis Luxemburgo, Crequius Mares Chalus cum vi-
ginti bellatorum millibus circa Treveros castra metando ultra ducenta maldra frumentorum

contexit multosque sumptus tam pro vigiliis et salvaguardiis quam pro conviviiis
causavit. Per hoc Cartusia, quae ultra vires aedificium aggressa fuerat, magis in dies
extenuata pluribus sese debitis obstrinxit. At Benignissimus Deus nostram miseratus indi-
gentiam nostrisque actus secundare volens, insignem submitit benefactricem, Dominam
Agnetem Maumbach civem Trevirensis, quae opulenta valde, dum nostrae penuriae rumore,
captaret, omni quae potuit liberalitate subvenit. Octo cellas suis sumptibus aedificavit,
debita remisit, ornamenta ecclesiastica argentea, serica et linea cum quatuor candela-
bris argenteis donavit, altare S^{ae} Agnetis V. et M. fundavit, insuper pro Venerabili
Conventu in prefatae Virginis festo et in die anniversarii sui in futura secula plenam
gratiam in piscibus et vino una cum torta butyrea ea ex certa pensione porrigendam
legavit. Pro hisce beneficiis cum Patres nostri se se gratos exhibere vellent, se suoque
successores obligabant, ut quisquis quotidie psalmum de Profundis cum collectis Trinitaria
et Omnipotens qui vivorum pro Laudata Benefactrice ejusque consanguinitate recitaret.
At ipsa a nobis vinceri nolens, certa quaedam legavit, ex quorum pensione singulis
diebus spatiamenti in quadragesima plena, ut supra, gratia ministraretur. Hujus et
omnium suorum nomina sint in libro vitae et remuneratione apud Deum; his (provis
retuli) novis accedentibus auxiliis. V. P. Martinus Schue novam structuram novo fervore
urgere cepit usque ad annum 1695 quo ex ampla quam moliri ceperat, domo
morte iubente 23 X^{bris} ad aeterna, ut pie confidimus, tabernacula transmigravit.

XXXVI. V. P. D. Bruno Sacges

Confluentis Cartusiae Trevirensis professor. Hic ob redolentem virtutum et prudenti-
ae fragrantiam a Visitatoribus Hildesimensi et postea Trevirensi procuratore adhi-
bitus, anno 1696 canonicè electus Trevirensis prioratus remos capessit. Omni quae
poterat cura afflictae sponsae larymas detergere quidem conatus est, verum temporum
bello rumque turbines pastorem piissimum in plurimas earumque amarissimas tribula-
tiones detruserunt. Ferente enim adhuc dum inter Caesarem et Galliae regem ferali
bello, cum in Concilio bellico conclusum esset, ipsum Francia regnum invadere bellicae
theatrum ex Germania in Galliam translocare, Marlebourgius foederati dux exercitus
pulsis ex urbe Trevirensi Gallis, tum prope Conzeis Mosellam, tum etiam trans Mosellam

impatentibus late campis cum exercitu ad centum peditem equitumque millia cesti-
-mato tentoria fuit. Hos inter tumultus domus nostra, utpote in medullis castrorum
sita a quadringentis foederatis, per quatuor menses ex ultra occupata magis Castrensi
foro, quam Cartusiensi choro similis visa est. Pervia fuit hereticis utriusque sexus ho-
-minibus Ecclesia nostra, cum Princeps Wittenbergius, qui Cartusiam in hospitium
delegerat, sibi sine huiusmodi ministrari noluerit. Tres erant in ambitu
collocatae vigilie, statio autem primaria in horto ambitus a parte Cong. respiciente
tum temporis muris neidum cineta. Muri quoque Mosellam respicientes perforati
erant ut si qua fors vis adversa incrueret, eandem possent sclopetis tormentisque
propulsare. Foris itaque pugne, intus timores, tunc plurimum acuti, cum V.P. Priori
nuntiatum fuit plures cohortes superventuras, ut etiam claustralium cellas ab eis occu-
-pari necessum foret. Et ecce! jam denuo de dispersione Israelis cum venerandis patribus
Visitatoribus tractatum est, quod tamen Benignissimus suorum liberator Deus avertit.
Interim tamen milites ingens damnum vineis inferebant qui evulsis stipitibus vitæ-
-busque solotenus plurimam ex parte abscisis diurnum nocturnumque frigus praetioso
hoc foco arcebant. Post quatuor tandem menses, praeter omnium expectationem exercitus
omissa Gallia, Flandriam petiit, ideoque importunis hospitibus liberatis forte respirare
licuisset, nisi Gallicorum cœmuli urbem iterato occupassent, domumque nostram
ceteroquin satis oppressam plurimis exactionibus magis magisque gravassent. Nichilo
tamen minus dum motus isti paulisper subsederunt V.P. Prior Ecclesie nostrae fabricam
reincepit quidem sed ad necessarias expensas mutuam hinc inde pecuniam postulare
necessum fuit que tum a gratiosissimo Principe electore, tum a nobilibus virginibus
Superioris Insulae, tum a Cartusia Cluttilensi pro condigna pensione porrecta fuit.
Interea cum strenue laboribus insudaretur, et Ecclesia fabrica usque ad verticem inferiorum
fenestrarum absolvretur, absolbat quoque vitæ cursum V.P. Bruno Bacges anno 1707
postquam ultra 50 annos laudabiliter vixisset in Ordine atque grande opus
edificii, utpote architectura multum peritiss quam maxime promovisset.

XXXVII. V. P. D. Fridericus Kneipf.

Professus hujus domus a Capitulo generali anno 1703 Coadjutor institutus, a
Conventu anno 1707 per unanimia electus fuit. Vir mitissimus semperque hilarius ac
discipline monastica perquam studiosus. Hanc cum per bellorum strepitus non nihil
labefactatam invenisset, omni conatu pristino splendori restituere colloboavit; Ita feliciter
quidem ut nunquam sub ejus amoroso regimine aliquem graviter reprehensi necesse
fuerit. Cum autem calamitatum non sit finis, harum haud exiguam partem degustavit.
Imprimis cum anno 1709 tam acerbium intensumque frigus fuerit ut disruptae per
medium arbores frigore necatae aves, emortuae vites, fruges radicibus deperditae fuerint
et Mossella tam densa glacie incrustata ut pervium cruentissimis quadragesis mensura
praestiterit, ac post solutum gelu ita excreverit ut plurima inde Damna ac inaudita
anni Dni 1710 sterilitas insecuta conventum usque ad panes ex siliginis et pisorum
farina coctos deducerit. His nihil obstanti magnifica Ecclesia nostra fabrica notabile
in dies sumpsit incrementum, forniceque in crucem decursati perfecti sunt. In his hoc
memoria dignum accidit. Fornix quippe iste quem Sanctissimo Fasurionense et anni-
tum fluentis numeris insignitum cernis, antea architecti insignibus notatus fuit,
qui intollerabili ob opus tam excellens sua directioni commissum, superbia inflatus
suis voluit fornicem insignibus condecorare nemineque consulto, exornatum lapidem
in vertice collocavit. Sed vix posito lapide, substructa machina lignea cui fornix in-
=licit, diruens magistrum operis, fracto pede, alius ne minimum lesis, prostravit, sicque
digna superbia sua penas dedit. V. P. Prior loco hujus sanctissimum, superbis omnibus
inimicum atque tremendum salvatoris nomen in istum verticem elevari jussit. Post hac
vir ambidexter, ne sibi suisque solum provideret, toti provinciae Rhemanae 1712 cum
munere Comissitatoris propositus fuit. Labente interea tempore optatus omnibus annis
1716 illuxit quo Ecclesia nostra suum nacta Colophonem mire superbiit. Perinde cum
Reverendissimus Dns Suffraganeus ab his ^{ad}stantibus D. D. Canonicis Metropolitanis, Consi-
=liariis aulicis cuncto Civitatis Treverensis Senatu, die 26^a Martii benedixit, consecravitque
Porro hunc actum splendidum et fore regium convivium finivit. At magnificentius longe
convivium anno 1719 N. S. electori Francisco Ludovico Neoburgensi exhibitum fuit. Hic

dum Trevis ad homagium a Civitate acceptandum moram traheret, a singulis Abbatibus cum splendido, per Ordinem epulis exceptus fuit. Dein quoque Carthusiam a novae structurae magnificentia laudatam invisere dignatus, misso Mareschallo, diem sui adventus indicavit: ad quem suscipiendum se tota Cartusia accinxit. Cum ita itaque non sine magnis sumptibus preparatis, statulo die, cum tota fere patris Treverensis nobilitate capitulogque metropolitano veniens, cogitante jam tum V. P. Priore a Patre Vicario cunctis ecclesiastica et stola induto cum cruce et aqua benedicta exceptus est comitante conventu in chorum ad sedem preparatam deductus est, moxque hymnus Ambrosianus insonuit, eoque finito sacrificio Missa a Sacellano celebrato devotissime interpretatus et tam profunda inclinatione Deum Eucharisticum adoravit ut fratres nostri admirati erubuerint. Finito sacro reliquiisque inspectis invisit Conventuales, dein itum ad epulas tam exquisitas, ut Princeps ipsemet fampus fuerit. Se nullibi tam splendide et cordialiter exceptum quam in Cartusia, quae verba non modicam inter Abbates causarunt invidiam.

Post has solennitates V. P. Prior appoplexie tactus contabuit et tota ejus complexio coetate proquin hilaris in melancholiam versa est, ita ut vitam inter continuos ructus et singultus traxerit usque ad annum 1719 quo in die animabus purgantibus devoto post micam patientiam spiritum Coelestibus transcripsit. Post funus vocatus ad electionem neo-prioris commissarius, totus conventus in partes contrarias divisus erat, nec post tertiam rotationem affirmati animo convenire potuerant. Proinde totum negotium ad B. P. Generalem devolutum erat, qui pro sua prudentia anno 1720 in Februario per litteras instituit

XXXVIII V. P. D. Ernestum Lang

Patris Luxemburgensem, professum Eulmarie, ante ingressum Ordinis Canonicum et post Coadjutorem hujus comus. Post conceptum regimen in promovendis tam spiritualibus quam temporalibus egregie desudavit. Plures easque pretiosas lites et vexas sustinuit et novas hinc et inde structuras erexit aut veteres restauravit: Nihil tamen minus 13000 imperiales variis a Cartusia debitos exolvit. Postea anno 1724 stupendus et plane misteriosus morbus conventum oppressit cujus causam septem medici tam Trevis quam Luxemburg acciti vix divinare potuerunt. Totus tum temporis

Conventus, unum fratrem antiquiorem et unum fratrem conversum, si excipias occulsi-
colore acutissimo visicium stomachi spinamque cossi foelicante, ita ut re modicum
quietis fuerit cegrotis, sed et cerebrum humore melancholico obnubilavit. V. P. Prior
Ruttilensis cum socio, procuratore, pro inungendis infirmis, duo fratres Capucini
pro ministerio culinae et tres fratres Alexiani pro servitio infirmorum adfuerunt. Publica
novella Cartusianos Trevirenses morbo pestilenti prostratos extinctosque sparserunt,
quod ex parte verum fuit extinctis quingue ex nostris: Cateri post toleratam ferme
quadrimestram infirmitatem reconvaluerunt. Fratri quoque fratres Alexiani eidem
morbo quamvis non tam vehementi aliquandiu subjecti fuerant. Tandem invento,
quod butyrum in vasis pelumbo obiectis conditum, et vasa aenea culinae stanno nudata
essent, medici omnem mali causam hac referre non dubitarunt, quo etiam correcto
errore morbus evanuit. Superato hoc periculo aliud memoria dignum accidit. In die
videlicet Parascepes unus laicorum in mundana ecclesia occupatus sub gradu
altaris S^{ti} Albani quem ad extrahendas araneorum telas se moverat, sacculum seri-
cum, floribus ex argento et serico distinctis ornatum diligenterque signatum invenit,
in quo ad Priorem delato 200 imperiales in pistoletis inventi sunt. V. P. Prior occultum
hunc benefactorem inquiri iussit, sed longe aliter res se habuit. Quidam enim F. Donatus
per 30 annos clam nobis habebat capitale apud communitatem Zellensem, eâ intentione
ut si eum ex ordine pelli contingeret adhuc haberet unde viveret. Huius capitalis
pensionem cunctis insciis rite accepit. Tandem illo, quem supra narravi, morbo ad
mortem prostratus, eum omnem ex ordine famus culpamque deprecatus totam summam
in manus Prioris resignavit qui eam ad solvendas supradicti morbi expensas utiliter
impendit.

Labentibus hisce temporibus anno 1733 V. P. Ernestus Lang a prioratu domus
nostre absolutus, ad Cartusiam Mantensem delegatus, prioris ibidem ob senium et
debilitatem absoluti locum occupavit, partesque suas strenue impleret usque ad
obitum suum qui anno 1741 Patrem optimum, ut pie speramus, ad quietem
eternam traduxit.

XXXIX V. P. D. Nicolaus Pauli

Professus et alias Vicarius et Prior Rutila atque provincie Rhenana Convisi-
-tator, per Capitulum generale anno 1733 huc transmissus non absque insigni dis-
-pendio et turbatione, domus nostrae regimen capessit. Erat vir tumida gravitate, et
-odiosa imperiositate quasi monarchium regendi modum assumens, Venerabilem
-Conventum laetius quidem habere solitus sed et sub jugum quasi intolerabile cogere
-solicitus fuit. Unde suos in extremam subinde amaritudinem perduxit. Nec feliciori-
-bus auspiciis oeconomica administravit, utpote qui miserimis istis et ob continuum
-cum Gallis bellum, pauperrimis temporibus in exornandis hospitum cameris non
-modicum es vane disperdidit. Structuram in Iselbach sat sumptuosam rotunda
-quadratis mutando perfecit. In recipiendis ad convivium hospitibus ultra de paupera-
-tie domus vires profusus fuit, ut ipsi generales gallici exercitus, Dux de Singshon,
-Dux de Boostenard, et Comes de Barriere, tum in Cartusia ob metum Casareanorum
-stationem habentes ab ipso invitati fassi fuerint, nec regem Gallie splendidius convi-
-vari. His, quia modum excesserunt in visitatione accusatus anno 1738, per car-
-tham Capituli generalis a regimine Trevirensi absolutus Ruremundanum adit
-Post triennium denuo per Cartham Capituli clavo motus cum officio gratuito
-Secundi Coadjutoris in domum sua professionis remissus satique humilitatis
-anno 17... fatis cessit.

XXXX V. P. D. Godefridus de Bodinckshusen

Nobilis hollandus, professus Ruremunda anno 1722 Vicarius Wesalia, post haec Sa-
-crista et tandem anno 1728 Prior domus Ruremundensis, et denuo anno 1738
-Trevirensis Cartusiae gubernaculis per Cartham Capituli admotus est. Pater fuit omni-
-no dulcis, mansuetus et quasi angelicus. Sub cuius amore, non dicam imperio
-sed contubernio Venerabili Conventui a priori jugo, quantum disciplina religiosa per-
-misit, respirare licuit. Unicum ingenuere nostrum, quod dulcissimus proles tam
-heredito funestoque tempore profuerit quo, tum antecessoris prodigalitas, tam bellorum
-bellatorumque exactiones, tum edificiorum restaurandorum necessitas, tum denique
-pretiosissimorum proceruum in Emmel et Iselbach quotidiane capsa nec

frumentum in granariis, nec vinum in cellariis, nec teruncium in bursa reliquerant. Ipse vero V. P. Prior climati hujati obnoxius crebras incurrit infirmitates, quare, ut et propter lingue germanica imperitiam, tediosus magna instantia a Capitulo generali absolutionem impetravit, atque ad Cartusiam Brucmundanam cum officio secundi Coadjutoris veniebat, ubi quieti et solitudini vacans anno terrena, que semper egregius contemp~~tor~~ despexerat, pie discedens reliquit.

XXXI. V. P. D. Joannes Viertel

Andornacensis, professor, secundus Coadjutor ac alias procurator domus Rutilanae. Hic quidem austerus aspectu prae fractusque sermone videbatur sed mente sincerus, acer intellectu, Scientia economica rerumque gerendarum peritia satis cultus erat. Ipsius industria hae nostra domus priorum temporum injuria ad extremam egestatem redacta a debitis non nihil respirare coepit. Vineae quae curvibus et equitibus ob defectum culturae et frige factam Gallorum in hoc tractu hyematum capacitatem hucusque patebant, reflorescere ac vineis similes videri denum potuerunt. Plura quoque domus egenae ab industria ejus pericia expectasset, verum morbus ex hydrope oculisque accedentibus corporis infirmitatibus coalescens virum bonum premature post triennium sui regiminis anno 1745 die 12^a Julii ad extrema deduxit.

XXXII. V. P. D. Antonius Welcken

Qui pluribus antea munitis scilicet sacrista, 2^o Coadjutoris ac procuratoris exercitatus, fidelis inventus anno 1745 die 6^a Novembris canonice electus hucusque concreditam sibi familiam moderatur. De quo plura impresentiarum dicendi materia non deest nisi modestia ipsius omnisque laudis impatiens humilitas usque ad aliud tempus ori dignum calamoque remoram injiceret, cui tamen sera omnique benedictione fecunda a Deo ter optimo gubernacula comprecamur. Amen.

Finis.

copie faites par D. Romu ald et revue par moi avec soin. p. Val. B.

Val sainte. 17 février 1893. —

Cartusia Trevirensis

Iesus

Maria

Bruno

Obtecta est caligine gemebunda solitudo nostra. Sed et in lectu squallores et tristitia, et oppressa est amaritudine. Plorans plorat, et lacryma ejus in maxillis ejus. Ablata est letitia et exultatio de corde nostro. Cecidit corona capitis nostri. Misit hostis manum suam ad omnia desiderabilia nostra. Atvete universi, et videte dolorem nostrum: exterminans inimica mors 1781 die 16^a Februarii mane hora 8^a secundum nostram in eremum fatale detorsit speculum, illoque confudit omnibus H. Ecclesie sacramentis, necnon generali absolutione preemunitum, plenissime in divina voluntate resignatum plurimum, venerandum in Christo patrem

D. Antonium Welcker, Priorem et profectum Cartusie nostrae supra Treviros, per provinciam Albeni Visitatorem primarium et ordinarium etc. Conversionis et Sacerdotii jubilarium, natum anno 1704. Nemo est laudabilior, quam qui ab omnibus laudari potest: quos homines, tot praecones. Ad laudes tanti viri aliquid addidisse, sane desperasse est. Nobis etiam tacentibus memoria ejus in benedictione, laus ejus in ore singulorum est. Hic quem in vicium evaderes, ipsa etiam in eo augurabantur religionis primordia, vocatus enim a patre luminum anno 1725 ad Sanctum Ordinis nostri institutum, votorum factus compos, et saeculi fluctibus creptus, et in tranquilla solitudinis statione collocatus ad destinatum omnium virtutum, et vite sanctioris fastigium conito gradu adrolaret. Cum jamjam post religiosa vota monasticis disciplinis in dies magisq; imbueretur, non raro virtutum specimina novelli Brunonis filii animum prodierant. Mox per varios officiorum gradus ascendere jussus; ac primo angelicum sacristae officium humeris ejus imponitur, quo in munere assidua sua vigilantia affatum cunctis satisfacit. In quo anno 1734 a jucunditate vite solitaria ad culinae praefecturam, et rerum temporalium curam, evocatus fuit, quo in officio pro monasterii utilitate totus incubuit, et vixit in cunctis prospere agens. Praecedente tempore 1738 demandatur et illi grave munus procuratoris, in quo quidem, licet exemplo Marthae circa multa turbari et sollicitari habuerit, solitudinis amana nullatenus abiecit, sed rebus, causisque compositis, vel componendis, quantum negotia patiebantur, ad quietissimum cellae sinum recurrit, ut per recollectionem

spiritus, turbulentos animi motus ex rerum exteriorum cura emergentes sedare, et in
arcano pectoris sui aliquid salubre pro sua aliorumve salute ruminare posses.
Sedes Prioratus anno 1745 vacabat. De superiore eligendo agebatur. Et eni. dum
non una in Antonio considerabat virtus, quem raris animi dotis, quem probitas, quem
merita, quem religiosa modestia cunctis commendabant, in eum vota confluerunt,
et in defuncti locum subrogatur. Collocatur in Prioratus fastigio, e quo tanquam
e specula conspectuum suorum, prosperitati, et eterne eorum saluti prospiceret
quoque versum. Supra vicum sane meliorem seors cadere non poterat, eminabat
enim, quot confratribus tot testibus, agendi ratione, religiosis virtutibus supra ceteros,
quasi Saul super omnem Israel, erat semper, dum vixit, moribus ingenuus, vitam
exemplaris, canam prudentiam, inimicam comitate, pater pauperum, humilitate radicans,
in altis angelus, animo mansuetus et mitis quasi Moyses, oratione Samuel,
zelo zelatus pro honore Dei. Erant haec ^{numera} dona ei concessa liberaliter, et perfecta
Dei gratia, cuius efficaciam excelsit singula. A congenitis hiis sibi donis ne latam
unquam unquam recessit, et non nisi cum vita exiit. Spirituales filios suos vero ut
pater totius consolationis complectebatur omnes in visceribus charitatis Christi. Erat
cunctis amabilis, et sacra reverentiam reverendus. Praerat non austeritate et potentia,
sed lenitate; nunquam durus in verbis, sed blandus eloquiis; non rigidus vultu, sed ju-
=cundus aspectu. Noverat illud Spiritus S^{ti}: « hactorem te posuerunt? noli extolli,
sed esto quasi unus ex ipsis. Tangentiam viri modestiam cum tot virtutibus conjunctam
ipsi magnates saepe obstupuerunt quam plurimi, admirati et ex reverendo clero, et
Domni confratres, quique cum viro unquam conversati, deprecaverunt ad unum
omnes. Pene dixerimus: quod omnes divi Patris nostri virtutum prerogatives
Antonius noster sibi fecerit hereditarias. Via humeros suos Prioratus oneri sub-
posuerat, mox res domestica caelo aridente feliciorum induit faciem. Quis circa
aedificia vel sacra, vel profana, vel funditus, vel ex ruderibus surrexere plurima.
Claustri ambitum supra medietatem simul et cum undecim religiosorum cellis
funditus extruxit. Viginti religiosis sacrum Ordinis habitum tradidit, et quatuor
fratribus laicis. Verum dum et temporalibus insudat, cura divini cultus ipsi a corde

non cecidit, Diligens decorem domus Dei, illam pretiosis sacris et opulenta suppellectile plurimum enornavit. Sacri Ordinis nostri erat firma columna. Per pericula viarum, per pericula fluminum pro Capitulo generali annuatim celebrando ad Cartusiam majorem, aliarum omnium matrem, novies profectus est, cujus divus Bruno ipse architectus fundamenta posuit in montibus sanctis, in loco horrois et vaste solitudinis. Bis praesedit Capitulo memorato qua primus, sexies qua secundarius definitor, semel qua cancellarius. Tam maturum cum viro inesset judicium, et vera veterana prudentia, quem huc donis ipsa natura cumulare novit, et plus eum cumulare religio consensit; Statuit R. Pater Ordinis Minister generalis cum praetacto Capitulo lucernam ardentem ponere super altius candelabium, ut luceret universis, et demandatur ei officium Visitatoris per provinciam Rheni anno 1754, atque in hoc officio in Venerandi Fratris sui, hoc officio functi, pariter jubilarii Domini Michaelis Welcken Prioris Cartusiae Moguntinae locum subrogatur. Pro quantum hi fratres nostro in ordine soles? gravi hoc sub onere, ne Antonius fatisceret, aspicebat quotidie in pastorem animarum Jesum, quo absolutior fieret jam forma gregis, cartusiarum nomen duodecim sibi commissarum. Suis in officiis semper sibi similis, illud melliflui ponderans: Praelatus non supra regulam est, cui semel et ipse spontanea sese professione subjecit. Mentis aciem illic dirigebat, quam arduam jam rem suscepisset, regere animas, et tam multorum servare moribus, Cum sapiente petit gemitibus inenarrabilibus: Da mihi, Domine: sedium tuarum astricticem sapientiam ut regere possim gregem tuum hunc plurimum. Ibat et sapiens ibat per totam provinciam, per horridos viarum anfractus, per stupenda montium juga, visurus, si cuncta prospera essent erga confratres suos et peiora. Ubique vivendi integritate raro exemplo praecelucens suavi sua disciplina omnium corda ra ruit, sibi que reviviscit. Virtutum fragrantia Antonii nostra intra provinciae limites contineri non potuit, et qua Visitator commissarius novies alias ad exteras provincias per capitulum generale deputatur; et haud secus ac angelus apocalypticus per medium caelum habens Evangelium aeternum volebat: Sic vir venerandus provincias Alemanniae inferioris, Teutonicae, Francicae, majoris Cartusiae, Zelo Ordinis pervolitabat, ut edificet

et plantet in fertilissimis nostrarum solitudinum agris.

Parcite igitur, Venerabiles Domini confratres, caterique Dni Dni; si facia-
mus planctum magnum super virum, et quasi super unigenitum, parcite si
producamus lacrymas in mortuum nostrum, quasi dira passi. Occubuit, occidit
occidit indytm decus nostrum, noster amantissimus Pater. Digna eius memoria,
quae cedro et marmori insculpatur. Omnis religiositatis, aliarumque virtutum,
quod sparsit jubar, adhuc diu, fulgebit in oculis nostris.

Non dubitamus, quin post tantas pro Deo labores, et vitam religiosissime ac-
tam in caelum translatus sit, recepturus sanctorum mercedem, ut, fulgeat in
perpetuas aeternitates. At, cum incomprehensibilia sunt iudicia Dei, qui etiam
justitias iudicabit; hinc, si praeter omnem spem labeles quasdam haberet residuas
in purgatorio luendas, animam eius omnium suis sacrificiis et precibus vel
ex fraterna obligatione, vel ex christiana charitate enixe commendamus, ad
reciproca paratissimi

Filii lugentes.

(Copie d'un obit imprimé en cadre de rive arch. d'Haïm.)